Acceſſio, eſt adiectio ſiue incrementum.
Actio cauſarum recte dicitur, & non actus.
Actus comoediarum recte dicitur. & non actio.
Acta & Actus, ſunt rerum priuatarum & familiarium.
Geſta, ſunt rerum publicarum & magiſtratuum.
Actor, eſt cauſidicus, & alicuius rei repreſentator.
Autor eſt (vt ita loquar) alicuius rei factor.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

Acini/ſunt grana in vnum racemum coeuntia.
Baccæ vero/cum ſint parua poma/diſperſius naſcunt.
Aceruus/eſt minutarũ rerũ congeries.vt ſalis.
Strues/eſt proprie lignorum compoſitorum.
Strages/eſt cadauerum multitudo.
Sarcina/eſt vtẽſilium, q̃ ad cultum ꝑtinent.
Accola eſt,q iuxta locũ habitat.vt Accola ponti.
Incola eſt,q in loco habitat. vt Incola mõtis.
Inquilinus eſt,q aliena domo vł agro habitat
Accuſare,eſt oſtendere aliquem peccauiſſe.
Incuſare,eſt mores alicuius reꝓhendere.
Excuſare,excuſationem accuſanti facere.
Adeo,pro intantum.ſequenti particula.vt,
Adeo,pro valde,non ſeq̃nti particula.vt.
Aduocatus eſt,qui alteri adeſt, vtcũq; illi faueat.
Patronus eſt,q agit cauſam maxime accuſati.
Cliens vero,eſt cuiꝰ cauſa a patrono defendit.
Adorare,fit etiã ſine verbis cũ genuũ plicatione.
Supplicare,fit ſine genuũ ꝑlicatione,ſola voce.
Addicere,eſt in auctione aliquid vendere.
Liceri & licitari,eſt ꝑcium in auctione facere.
Adſum,ideſt p̃ſens,vel prope ſum.
Adſum tibi,ideſt ſtudeo,& patrocinor tibi.
Aduerſor tibi,ideſt contrarius tibi ſum.
Aduerſor te.i. vultũ auerto a te:quẽ deteſtor.
Aduerto oculos i.aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos.i.alicunde oculos conuerto.
Admoueo manũ vulneri.i.appono & applico.
Amoueo manum a vulnere.i.remoueo.
Ad votum mihi euenit,ideſt,vt ego optabam.
Ex ſententia mihi euenit.i. vt ego intelligebã.
Adulterium eſt,qđ in nuptam committitur.
Stuprum,eſt coitus contra legem violentus.
Aedes in ſingulari & in plurali,eſt templum,& ſemper additur cuius.
Aedes in plurali,domũ profanam ſignificat.
Aeſtimare,eſt taxare,qđ dicitur appreciare.
Eſtimare,eſt iudicare.Extimare,conſiderare.
Aequalis,eſt æquus & coætaneus.
Aequabilis,eſt æqualis in priori ſignificatiõe.
Aedilis eſt, qui ædilitatem adminiſtrat.

Aedilicius vero, qui ædilitate perfunctus eſt.
Affectus vł affectio eſt in animo: qđ mēs nō eſt.
Mēs ꝟo ſiue ratio. in aīo eſt, qđ affectus nō eſt.
Afficio te iniuria, ideſt facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio, ideſt facio tibi beneficium
Agitur mecū ꝑclare, ideſt bona cōditiōe ſum.
Agitur mecum male. ideſt malo ſtatu ſum.
Actum eſt. ſemꝑ in malam partē accipitur.
Agere grãs, eſt verbis gratitudinem oſtendere.
Habere grãm vel grãs, eſt in animo.
Referre grãm, eſt re ipſa beneficium diſſoluere.
Aguntur animalia a ſeſſoribus & inſtigatoribꝰ.
Ducuntur illa, q̄ ſponte ducem ſequuntur.
Trahuntur, q̄ per vim & raptando portãtur.
Portare, eſt ferre, & ſuo corpore baiulare.
Vehi, eſt equo/naui/aut curru: & ſimilibus.
Agere/ꝑter alias ſignificatiões, ē rerū immanētiū.
Facere, eſt rerū in materiã exteriorē exeuntiū.
Age aduerbium, cum ſingłari iungitur.
Agite, cū plurali. Agedū cū ſingłari & plurali.
Ager, modo eſt territorium vrbi circumiectum.
Ager etiã eſt locus, quē ruri colimus.
Aruum, eſt qđ frumento ſeritur ab arando.
Fundus eſt, agripars. vt vinea, oliuetū, pratū.
Prædium, eſt poſſeſſio ruſtica ſiue vrbana.
Campus, eſt planicies terrę ampla & grandis.
Area, ē planicies ãguſtior in agro vel in vrbe.
Aliquãtiſper & pauliſper, ad breue tēpus ꝑtinēt.
Tãtiſꝑ ꝓ intãtū, poſtulat adiungi, dr̄ ꝓ donec.
Alter, de duobus dr̄, aut de ſcđo loco.
Alius, de pluribus dr̄: & quandoq̧ ꝓ diuerſis.
Albani, ex oppido Alba in Latio dn̄r.
Albenſes, ex oppido Alba ad fuſcinū lacum.
Alumnus, non q̧ alit, ſed tm̄ qui alitur.
Ambitio, in animo eſt eius, qui cupit honores
Ambitus, in actu, q̧ pecunijs honorē habuit.
Amor, ad oēs res ꝑtinet. Vt amor vini & vxoris.
Charitas, ad homines tm̄ pertinet.
Charitas, eſt penuria, quã indocti cariſtiã dicūt.
Amare, eſt cum affectu & vehementiſſime.

Diligere,eſt cum ratione & remiſſius.
Adamare,eſt amatorie aliquid amare.
Amicus honeſta res eſt,vnde & amicitia dr̄.
Amica,ſi ad virum referatur,inhoneſta res eſt.
Amator,qui modo amatorio amat.
An particula,coniunctio eſt,per quā interrogamus.
Aut,cōiunctio q̄q; eſt,ſed p eā nō interrogamus.
Annuum tempus,eſt qđ per anni ſpacium durat:
Annuum feſtum,eſt qđ ſemel in anno contingit.
Antehac legi,ideſt ante hoc tempus legi.
Poſt hac legā,ideſt,poſt hoc tempus legam.
Antiqui,dn̄r & ſenes & veteres.
Senes dn̄r,quātum ad ipſorum vitā priuatam.
Veteres dn̄r.qđ alia ætate vixerunt.
Appeto,cum affectu qualiacunq; illa ſint.
Expeto,tm̄ honeſta.Vt virtutes.
Apparare,ad pompam tm̄ pertinet.
Præparare vero,eſt aliquid ante parare.
Apparere alicui,eſt illi miniſterium ex hibere.
Apud me eſt liber,pſonā & locum ſignificat.
Penes me eſt liber,pſonam & dominium.
Argutus,eſt q̄ acuta q̄dam ſolertia eſt.
Argutus,eſt ſonorus.Argutus quoq;/breuis.
Armiger,eſt qui dn̄o arma in p̄lio miniſtrat.
Armatus,q armis ad pugnā inſtructus eſt.
Arcere,eſt ꝓhibere ac vetare:vnde Arx dr̄.
Abigere,ē a loco fugare.vn̄ Abactores & abigei.
Aſſurgere alicui,eſt in honorem illius ſurgere.
Surgere,eſt quocunq; modo ſe erigere.
Aſſentari,eſt falſo laudare vtilitatis gratia.
Adulari vero,eſt inſeruire:vt honorem mereamur.
Blandiri,quamq̄ eſt tactus,ad animū transfertur.
Aſciſcere,eſt remotum aliquid capere.
Conſciſcere,ſemper mortem deſiderat.
Deſciſcere,eſt ab imperio alterius ſe ſubtrahere.
Aſſerere,eſt affirmare & in libertatem vindicare.
Aſſeuerare,eſt vim atq; animi motum addere.
Autem cōiunctio,poſtponitur huic negationi non.
Vero,poſtponitur his:neq;/tum/ſane/iā/enim/at.
Auſculto te dicimus,ſicut & audio te.

tempus est sc[illegible]
quia me di oc[illegible]
sentimus [illegible]
ta gramatic[illegible]

Auſculto tibi,eſt obtempero tibi.
Audiens ſum te,tantũ valet:quantum audio te.
Audiens ſum tibi:nõ audio tibi:ideſt obediẽs ſũ.
Auis eſt,q̃ parit oua,penniſq; prædita eſt.
Volucris eſt,q̃cunq; volat.vt apis.culex.

## De littera.B.

BArba(inquit Seruius)hominum eſt.
Barbæ vero in numero plurali.quadrupedũ.
Mentum vero.eſt ipſa barba/pilorumq; ſedes.
Benefactor eſt,qui cuipiam benefacit
Beneficiarius/in quem beneficium collocatur.
Bene/aliqñ capitur ꝓ valde.vt Bene doctus.
Male.aliqñ capitur pro nõ.vt Male ſanus.
Bellum/eſt totũ tempus.quo in militia ſumus.
Prælium/ipſum tm̃ armorũ certamen.
Pugna/etiam citra arma fit ſolis verbis.
Beatus eſt,q omnib⁹ rebus ad vitæ vſum abundat.
Fœlix/q omnium bonorum compos eſt.
Bonum/Genus eſt ad vtile/iucundũ & honeſtum.
Bonitas vero.idem eſt,qđ benignitas.
Bractea/tenuis eſt/& ſua ſponte plicatilis.
Lamina vero craſſior/vt ex qua arma fiunt.
Bucca/pars illa eſt,q̃ inflatur.Vt in cornicine.
Mala/eſt rotundum illđ,qđ eſt ſupra buccam.
Gena/tum oculorũ tegmẽ eſt/tũ malã ſignificat.
Cilium/eſt ambitus genarum.vnde ſupercilium.

## De littera.C,

CEdo tibi.i.cõcedo tibi.ideſt nõ repugno tibi,
Cædo/cæcidi te.ideſt percutio & occido.
Catuli/ſunt ferarum,q feræ ex raptu viuunt.
Pulli vero cicurum/vt aſini/& equi/& auis.
Fœtus generalius eſt.vnde fœtificare & fœtura.
Capitale odium,qđ & caput & vitam alterius petit.
Capitale vitium/propter qđ peccans punitur.
Capere/eſt ſponte vel nõ ſponte accipere.
Sumere/eſt vltro & nõ ſponte aliorum capere.
Captare/eſt velle capere/& inſidias parare.
Candet dicit Marcellus/qđ ignitum eſt.
Candet etiam,qđ candidũ & album eſt.
Cauſari/eſt cauſam rei geſtę ferre in excuſationem.

Cauſare,nunq̃ apud idoneos inuenitur pro efficere.
Caupona,eſt taberna vbi vinū venditur.
Caupona quoq; mulier,q̃ vinū vēdit.
Calumniari,dicit Martianus,eſt falſa crimina intēdere.
Præuarcari, dicit Vulpian⁹.cauſas aduerſarijs dare.
Ceruix in ſingl'ari,eſt poſterior colli pars.
Ceruices in plurali,ꝑ ſuperbia ponūtur.
Collum,omnes partes in ſolidū complectitur.
Iugulns,eſt anterior colli pars.Vnde iugulare.
Celebris,paſſiue ponitur. Vt locus & homo celebris.
Frequens actiue & paſſiue.Vt vrbs & ſenatus.
Cælebs eſt,qui nō duxit vxorem legitimam.
Maritus eſt,q vxorem per leges accepit.
Certum eſt,modo accipitur ꝑ manifeſtum eſt.
Certum eſt,ꝑ deliberatum eſt,iungitur infinitiuo.
Cenſor eſt,qui in adminiſtratiōe cēſuræ eſt.
Cenſorius eſt,q perfunctus eſt cenſura.
Circūſtare,pro eo qđ eſt circūdare.
Circumſiſtere,pro eo qđ eſt circūuenire.
Circiter,freq̄ntiſſime ad numerum refertur.
Refertur quandoq; ad tempus & ad locum.
Continuo,protinus:ſtatim,notum eſt quid ſint.
Qđ ſi addit̃ negatio,valet pro nō ideo.
Commeat⁹ in ſingl'ari,eſt licētia(vt ita dixerim)ad temp⁹
Cōmeat⁹ in vtroq; nūero,eſt alimēta publica & priuata
Commēdo te regi.ideſt cōmitto te.
Commēdo te apđ regem,ideſt laudo te.
Commētarius eſt,in quo res nudæ ſcribūtur.
Libri ſunt,in quos autorū opera diuidūtur.
Volumē,eſt minus q̃ liber.
Concilio amorem dicim⁹,ſed nō gratiam.
Inim⁹ gratiam:ſed nō inimus amorem.
Recōciliari,& in gratiam redire,idem.
Conciliam⁹ nouos amicos.recōciliamus veteres.
Comitari,eſt minores maiorib⁹ comitatū præſtare.
Aſſectari,eſt comitatū alicui pr̄ſtare quocūq; modo.
Deducere,eſt aliquē de illi⁹ domo comitari.
Reducere,eſt illū ad illi⁹ domū comitari.
Cœnaculū,eſt pars dom⁹ ſuperior ad quoſcūq; vſus.
Cœnatio,eſt loc⁹ inferior ad cœnādum.

Comes eſt,qui alterius ductum ſequit̃ vtcunq̃.
Socius:eſt in negocijs ſerijs rebus & laboribus.
Sodalis,eſt in leuiorib9.& iocoſis & voluptarijs.
Comis,eſt benigu9 & q alijs īſeruit:q feſtiuus dr̃.
Collis,eſt monticul9 ſeparat9,ſiue pars montis.
Iugum,eſt(vt ſic dicā)ipſa montis arduitas.
Cliuus,eſt eadem arduitas,ſed clæmens.
Promontorium,eſt mons in mare ꝓminens.
Coxa,eſt pars ſupra femora,vertebrumq̃ ipſum.
Fem ora,partem cruris exterioris ſignificāt.
Femina,partē interiorem mollioremq̃ tātum.
Copia in ſinglari,eſt facultas:& iungit̃ do & facio.
Copia q̄q̃,eſt abundātia. vt vini & olei.
Copiæ in numero plurali,eſt exercitus.
Condictio,eſt denunciatio:ſiue actio in pſonam.
Conditio ꝟo,formam dicit & ordinem.
Corpus,in nobis viuētibus eſt:vnde corpulētus.
Caro,eſt cadaueris:q̄ & pulpa dr̃.
Conſolor & cōſolatio,ꝟbis fit in alicui9 calamitate.
Solor & ſolacium.reb9 ipſis fit in alteri9 egeſtate.
Solamē,magis eſt Poeticum:q̃ oratorium.
Corporeum,eſt exiſtēs in materia corporea vt lapis.
Corporale,eſt exiſtēs ex materia corpea:vt dom9.
Complodere,eſt man9 inuicem illiſas collidere.
Explodere,eſt cum ſonitu e manib9 eijcere.
Supplodere,eſt pedem terr æ incutere.
Cordi eſt mihi ire aliquo,ideſt placet mihi ire.
In animo eſt mihi ire aliquo.ideſt cōſtituo ire.
Compertum eſt & exploratum eſt mihi.ideſt ſcio.
Conſtitutum & deliberatū eſt mihi. ideſt decreui.
Conſulo te,ideſt cōſilium peto:vnde conſultor.
Conſulo tibi.ideſt conſilium do.a q̄ eſt cōſultus.
Cōuenit mihi.ideſt decēs & conueniēs eſt mihi.
Conuenit inter nos.ideſt cōtrouerſia nō ē int̃ nos.
Conflaui æs alienum.ideſt factus ſum debitor
Diſſolui æs alienum.ideſt qď contraxi/ſolui.
Conſternere,ad corpus tātum pertinet.
Conſternari,ad animum,quū mēs turbata eſt.
Couſul eſt,qui in adminiſtratione conſulatus eſt.
Conſularis,qui iam perſunctus eſt conſulatu.

Crimen,modo ꝓ delicto:modo ꝓ criminatione eſt
Flagitium ꝓprie,eſt in libidine,q̄ſi flagris dignum.
Crudus eſt,qui ægre difficulterq́ꝫ concoquit.
Crudus eſt,etiā qui habet aſpectum trucem.
Crudū etiā eſt vulnus:qđ eſt recēs & ſanguinolētum.
Crudum etiā dr̄,non coctū & immaturum.
Crepitus,eſt ſonitus violent9 ex aeris impulſu.
Crepitus etiā eſt vētris vētus excluſus.i.peditum.
Strepitus fit ex corporum & vocū colliſione.
Fremitus,eſt ſtrepitus vehemētior.
Stridor,acrior eſt & q̄ſi ſibillās colliſio.
Confero me ad Catonem/nō in Catonem.i.eo.
Confero bn̄ficia in Catonē:nō ad Catonem.i.do.
Cūprimū.cōiunctio eſt.vt cūprimū veneris,dabo librum.
Quāprimū aduerbiū eſt,ꝓ cito,vt quāprimū dabo.
Cumani dn̄r,a Cumis oppido Campaniæ.
Comēſes,a Como oppido Galliæ ciſalpinæ.
Culpa medici perit.q moriturus nō erat.
Defectu medici perit,cui medicus non affuit.
Cum ꝑpoſitio.nunq̄ꝫ iungit̃ rei notāti iuſtrumētum.
Cum cōiunctio,ſi refert̃ ad tum,rei minori iungit̃.
Tum v̄o rei maiori.ut cum pecunias,tum vitā.
Tum & tum,inter æqualia.vt tum pecunias/tū libros.
Coloriæ veſtes ſunt,q̄ natiuo ſunt colore.
Verſicoloriæ.q̄ natiuū colorem mutarunt.

¶ De littera.D.

Debellare,eſt bello vincere,& bello cap̄e.
Expugnare,eſt pugnando vincere & cap̄e.
Propugnare,eſt pugnādo vincere & defendere.
Impugnare & oppugnare,eſt impugnādo laceſſere.
Decus,eſt honorificentia ex rebus p̄clare geſtis.
Decor,eſt pulchritudo ex decentia rerum & ꝑſonarum.
Deſipio & Deſipiſco,eſt aliquid a ſenſu deficio.
Reſipiſco,eſt ad meliorem mētem redeo.
Deſcendo de monte.ideſt de alto ad imū locum.
Deſcendo in certamē.ideſt de tuto in periculoſum.
Deuenim9 in planū.ideſt in vallem a loco altiori.
Deuenimus in paup̃tatem.ideſt a maiori fortuna.
Deſpicio inferiores me,loco & fortuna.
Suſpicio ſup̃iores.ideſt admiror vel aſpicio.

Diſpicere,eſt circumſpicere & prouidere.
Deligere,eſt magis idoneum ad res gerendas cernere.
Eligere vero,eſt ex multis ad noſtram vtilitatem.
Cooptare,eſt inter collegas & pares eligere.
Declamator eſt,qui ſtudet apud Rhetorem.
Orator eſt,qui veras cauſas in iudicio agit.
Defunctus officio eſt:qui ſuo officio eſt perfunctus.
Defunctus quoq; vita,qui vitam finiuit.
Deturbare,eſt violenter & deorſum deijcere.
Exturbare,eſt eodem modo & loco deijcere.
Diſturbare,eſt diſſipando diruendoq; deijcere.
Deprecor ſupplcium.i.deteſtor & execror.
Deprecor veniam.i.precibus veniam precor.
Imprecor,eſt alicui malum & infortunium precor.
Decuriones ſunt,q denis eqtibus ex nobilioribus p̃ſunt.
Centuriones,qui centum ex inferioribus præſunt.
Depectus,dicit Vlpianus,qui turpiter pactus.
Pactus eſt,qui quomodocunq; pepigit.
Decedere,eſt ex officio abire, vnde dicitur Deceſſor.
Succedere,eſt in officium ire:vnde dicitur ſucceſſor.
Decedere vita,eſt officio vitæ excedere.
Depoſitor eſt,qui depoſitum alicuius fidei credit.
Depoſitarius vero.cui depoſitum creditur.
Diſcere,eſt vt aliquid intelligas,quod ignoras
Ediſcere eſt,vt memoria complectaris.
Dediſcere vero eſt,qđ didiceris obliuiſci.
Dicere,proprie eſt Oratorum:& eleganter loqui.
Dictitare,eſt frequenti loco & tempore dicere.
Dictare,eſt alio verba excipiente:vt ſcribat,dicere.
Docere diſcipulos,notum eſt quid ſignificet.
Dedocere eſt,qđ alter docuit,falſum oſtendere.
Dico ſententiam in ſenatum,quaſi Conſiliarius.
Fero ſententiam in foro,quaſi prætor ſiue iudex.
Dicere leges,eſt ad eos,qui bello ſuperati ſunt.
Ferre leges,eſt ad ſuos,vnde Legum latores.
Dies pro certo die,generis eſt maſculini.
Dies pro tempore,fœmininum eſt.& caret plurali.
Domus quando facit domi in genitiuo,locum ſignificat.
Domus cum facit domus,ædificium & familiam.
Do litteras tabellario,ad aliquem perferendas.

Do litteras ad amicum, vt eas legat.
Dono te corona, eſt præmij & honoris gratia.
Dono tibi coronam, notum eſt quid ſignificet.
Do tibi fidem .i. per ſancte tibi iuro & promitto.
Habeo tibi fidem, hoc eſt, credo tibi.
Dudum & iamdudum, de breui tempore dicitur.
Nuper, pridem & iampridem, de longiori.
Diu & iamdiu, eſt per longum tempus.

De littera. E.

EPulæ, ſunt cibi miniſterio hominum comparati.
Epulum, ſunt cibi ſoleniores: & cõuiuiũ publicum.
Edicere, eſt magiſtratuũ regumq́, vnde edictum prætoris.
Indicere, eſt denunciare. vt indico bellũ hoſtibus.
Elogiũ, eſt teſtificatio laudis vel infamiæ.
Eo, ntõ & actõ iungitur. vt en Priamus. en capellas.
Apud oratores exprobrando, cũ ntõ, vt en homo.
Ecce, apud Vergilium ſemper de improuiſa.
E republica .i. pro republica & vtilitate reipublicę.
E regione domus meæ, pro ex oppoſito domus.
Ex tempore dixit, pro ex improuiſo dixit.
Ergo & igitur, breuioribus adhibentur concluſionibus.
Quare, quapropter, quamobrem, maioribus.
Etſi, quamquam, in principijs poſcunt indicatiuum.
Quamuis, licet, tametſi, in alijs locis Subiunctiuum.
Euentus, iuſſus, pmiſſus, in ſingulari q̃rtæ declinatiõis.
Euentus, iuſſa, pmiſſa. in plurali ſcdæ declinationis.
Excubiæ, tam diurnæ, quam nocturnæ dñr.
Vigiliæ, ſunt tñ modo nocturnæ, diuiſæ in quattuor.
Exemplũ, eſt qđ ſequimur aut vitamus.
Exemplar, ex quo ſimile aliquid facimus.
Exiſtit, qđ eminet & exurgit cum motu.
Extat, qđ eminet & ſuperſtat ſine motu.
Exprobare eſt, immemorem beneficij culpare.
Imputare, eſt citra rephenſionem id facere.
Eſſe, pſens verbi infinitiui eſt. Fore, Futuri.
Eodem modo differũt adeſſe, adfore, pdeſſe, profore.

De littera. F.

FAcio te certiorem, non facio certum, neq; ago.
Facio rem gratam, rem diuinam, damnũ, non ago.
Facies, magis ad corpus pertinet, vt Facies longa.

Vultus,ad animum refertur.vt Vultus triſtis.

Factio,eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia.

Seditio,cum populo diſcorde res agitur.

Fama græce,idem eſt,quod rumor latine.

Rumor tñ,eſt tantũ de re,q̃ recens eſt & ſine autore.

Fama vero,etiã de antiqua dr̃:& de alicuiꝰ celebritate.

Fatuus,eſt inſipiens:tractum a ſapore ciborum.

Stolidus,qui ꝓxime ad naturam pecudum accedit.

Stultus eſt:qui improuidens eſt,& imprudens.

Facile ſcribit:pro eo qđ eſt leuiter ſcribit.& nõ laborioſe.

Facile princeps,oratorum eſt.i.non dubie princeps.

Fero auxilium.Do auxilium:recte dicitur vtrũq́ꝫ.

Do opem non dr̃:ſed fero opem vnde opitulor.

Feſtus dies recte dr̃:& non feſtiuus.vnde feſtum.

Feſtiuus homo.i.iucundus:vnde feſtiuitas.

Ferus homo:qui animũ ferinũ obtinet.

Ferox homo,qui animoſus eſt ad certandum.

Feſſus,eſt fatigatus:ſiue animo,ſiue corpore.

Defeſſus:& defatigatus:q̃ amplius fatigari non poteſt.

Ficus,ci.vel,cus.ꝓ fructu & ꝓ arbore gñis eſt fœminini.

Ficus fici:genere maſculino/pro morbo accipitur.

Filius/pater/mater/magis ab oratoribus dicitur.

Gnatus/genitor/genitrix/magis ſunt Poetarum.

Fingere dr̃:qui formas ducit ex luto.& dicitur plaſtes.

Effingere:qui ad alterius formã aliquid fingit.

Flere:eſt lachrymas effundere in dolore.

Gemere:eſt præ anguſtia in ſonum erumpere.

Plorare:eſt voce flebili dolorem ſuũ aperire.

Plangere:eſt percuſſione membrorũ ſe affligere.

Eiulare:eſt alta voce flere:quod eſt mulierum.

Vociferari:eſt nõ mõ dolorẽ:ſed indignationẽ oſtẽdere

Lamentari:eſt oratione triſti cladem teſtari.

Fœlix eſt:qui proſperitatẽ recipit:vt homo fœlix.

Properũ eſt quod fœlicitatẽ affer.vt ſydus.

Fœlix etiã,aliquando ab effectu dicitur.

Fœnero tibi dicitur:ſicut mutuo tibi:& promitto tibi.

Fœnor abs te:ſicut mutuor abs te:& ſtipulor abs te.

Fenus.eſt prouentus ex ipſo ſolo:quod eſt naturale.

Fœnus:quod eſt vſura,a priori ſignificato difluxit.

Vectigal:ex omni ꝑdio eſt:vel publicũ:vel priuatum

Frux,eſt quicquid ex terræ fructu in cibum vertimus.
Seges,eſt ex qua conficitur panis non demeſſa.
Seges etiam:eſt terra ſemēti excipiendæ ſubacta.
Frondes:ſunt tantum arborum.
Folia etiam:ſunt aliarum rerū:vt florum,herbarum.
Frui:eſt potiri aliqua re propter ſeipſam.
Fungi,eſt officium munuſq; agere.
Potior cū hoc nomine res,gtō plurali iungitur.
Potior:alias cum abltō:& ſignificat obtinere.

¶De littera.G.

GEſtus,eſt actio q̄dam & corporis pronunciatio.
Geſtio,eſt adminiſtratio quædā & actio.
Gemmæ,ſunt lapilli oēs præcioſi,præter margaritā.
Margarita,eſt quæ in concha naſcitur.
Vnio vero,eſt quū magnitudinē ſolitā excedit.
Gratus eſt:in aduerſis.Iucūdus:in proſperis.
Iucundus,non eſt lætus:ſed qui lætitiam affert.
Gratulari alicui:ē ꝟbo teſtari ſe gaudere de illi9 fœlicitate.
Gratari idē:niſi ꝙ magis eſt poeticū quā oratoriū.
Gratificari:eſt beneficiū minori conferre.
Gratū facere.eſt maioribus inſeruire.
Graue eſt:quod ſuapte natura eſt ponderoſum.
Grauem etiā virū:per tranſlationē dicimus.
Gremiū,eſt intra complexū feminū in fœminis.
Sinus:eſt intra pectoris brachiorūq; complexum.
Sinus etiā:eſt veſtis fluxus,& littorū curuitas.

¶De littera.H.

HAbeo rationē ſalutis.i.habeo reſpectū.
Conſtat ratio.i.rationē legitimā eſſe oſtendo.
Habeo orationē dicimus:non facio orationem.
Facio ſermonē dicimus:non habeo ſermonē.
Hei,ſemper iungitur dtō.vt Hei mihi qualis erat.
Heu,accuſatiuo:& nonnunquā nominatiuo.
Væ,ſemper dtō iungitur.vt Væ tibi cauſidice.
Hiſtrio eſt:qui perſonatus fabulas in ſcœna agit.
Mimus,qui quouis in loco geſticulationes exercet.
Hiare:eſt aliquid ſua ſponte:vel externa vi.
Hiſcere eſt:tantū oris:& quidē humani.
Hortus:eſt vbi ſunt holera:quibus veſcimur.
Horti ſunt arboribus conſiti voluptatis gratia.

Hoſpes eſt:qui in aliena ciuitate eſt.
Peregrinus eſt:qui in propria ciuitate non eſt.
Hic,ad primam ꝑſonam,vel ad rem primę ꝑſonæ pertinet
Iſte,ad ſecundam ꝑſonam,vel ad rem ſecundę perſonæ.
Ille,ad tertiam perſonam,vel ad res tertiæ perſonæ.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

¶ De littera. I.

IAm,notum eſt quid ſignificet. Vt iam venit.
Vſurpatur quoqꝫ pro tunc,vt Si ſedet,iam non ſtat.
Interdico tibi aqua & igni,non aquam & ignem.
Interdicitur tibi á me aqua & igni.&
Interdicitur tibi á me aqua & ignis.
Incumbo ſtudijs,vel in ſtudia,vel ad ſtudia.
Incumbo remis,non in remos,vel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor.i.amor eſt inter nos.
Interceſſerunt tribuni,hoc eſt,ſe oppoſuerunt.
Inſtituta,ſunt boni mores ratione ſumpti.
Inſtitutiones/ſunt præceptiones/quibus docemur.
Indulgentia/eſt mollis/& delicata educatio.
Venia/etiam quandoqꝫ indulgentiam ſignificat.
Infidus eſt/cui non eſt fidendum:á fido fidis.
Perfidus eſt:qui fidem violat/á fides fidei.
Infenſus/eſt vehementer iratus & odium gerens.
Infeſtus/eſt vehementer moleſtus & nocens.
In diem viuo tantum.i.diei præſentis rationem habeo.
In dies ſeneſco.ideſt,cotidie magis efficior ſenex.
Inhibemus rem inceptam.vt Tela inhibete latini.
Prohibemus ante rē incœptā.vt hoſpicio ꝓhibemur.
Inuertere/eſt rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere/eſt rem aliquam in malum vertere.
In manu mea eſt negocium.ideſt in poteſtate mea eſt.
In manibus eſt liber ideſt inter manus meas.
Ingredior forum.ideſt intro in forum.
Ingredior.ideſt ambulo.vt ſi ſtas ingredere.
Interrogamus.cauſa aliquid intelligendi.
Percontamur vero.gratia argumentandi.
Sciſcitamur,vt vox indicat,ſciendi gratia.
Introduco te.i.interioribus claudo.
Intercludo te.ideſt iter tuum claudo,& impedio.
Incedere,eſt ambulare cum faſtu & pompa.

Ambulare: eſt ſimpliciter pedibus ingredi.
Impendére, eſt q̄ſi ſupra caput in ruinā imminere.
Impéndere penultima breui, eſt quaſi dare.
Perpendere, eſt exacte ponderare & examinare.
Appendere, eſt ſuſpendere & ad lancē pōderare
Inter cœnandū venit. ideſt dum ſum in cœna.
Inter agendū dormio i. dum ſum in actione.
Impono tibi onus. i. iniungo tibi onus.
Ímpono tibi i. decipio te, vnde impoſtores dicti.
Inficiari & inficias ire, ideſt negare. ſic dr̄. vt
Opem ferre & ſuppetias ferre, ꝓ auxiliari.
Indoles, in pueris eſt ſignū futuræ virtutis.
Indoles etiam. in malum accipitur: ſed raro.
Iocus & iocari ꝓprie: ad verba tm̄ pertinent.
Ludus & ludere, ad facta. vt ludere pila.
Iter facere, eſt qđ imperiti dicunt, itinerare.
Viam facere eſt, vbi via non erat aperire.
Munire viam, eſt reficere: & repurgare.
Iter habere, eſt iter aliquem eſſe facturum.

## ¶ De littera. L.

LAbare aliquid, eſt ruere & repente cadere.
Labi vero, eſt leniter ſenſim q́; deſcendere.
Laceſſo, prouoco, qđ eſt in certamen vocare.
Plærūq; in bonū, nōnunq̄; in malū accipitur.
Latebræ hoīm ꝓpriæ dicuntur
Latibula, ſunt ferarū, ſed quādoq; cōfundūtur.
Legere litteras: legere libros, notū eſt qd ſignificet.
Perlegere lr̄as, eſt vſq; ad finem legere.
Eodē modo differūt vigilare & peruigilare.
Negare & pnegare: agere & p agere, & ſimilia.
Leges. ſunt aut principis, aut ppli alicuius liberi.
Rogationes dicebātur, quia ppl̄us rogabatur.
Leuo & alleuo, eſt moleſtiam laboremq; extenuo.
Subleuo, eſt auxilium: defenſionemq; præſto.
Littera in ſingulari, eſt vnū elementū. vt. a. b.
Litteræ in plurali eſt epiſtola q̄ mittitur.
Libert9 eſt, q de ſeruo liber fact9 eſt, ſempq; habet relationē ad eū cui9 eſt libert9. vt Libert9 cęſaris.
Libertinus idem ſignificat, niſi q eſt abſolutum
Libertas. aliquando in bonum & in malum accipitur.

Licentia vero eſt:cum quis libertate abutitur.
Libri ſunt:in quos autorum opera diuiduntur.
Volumina vero,minora ſunt quàm libri.
Ludicrũ ſubſtantiue eſt,quodcunq; luſorium opus. vnde
Ludicrus.a.um.non(vt dicit Priſcianus) ludicre.
Lucus,eſt ſilua cædua Deo vel homini conſecrata.
Saltus,ſilua vbi pecudes hyemare,aut æſtiuare ſolent.
Nemora voluptatis cauſa conſtãt arte ſiue natura.
Silua eſt,vbicunq; ſunt arbores cæduæ vel incæduæ.
Lues,eſt morbus in hoĩes ſæuiens.in pecora & agros.
Peſtis,eſt peſtilentia:q̃ aut cito occidit,aut cito abit.
Lubricus,locus eſt,in quo nequeas inſiſtere.
Lubrica,eſt anguilla,q̃ non poteſt retineri facile.
Lubrica ætas,in qua qui ſunt,facile labuntur.
Luce & tenebris,ꝑ die ac nocte accipim9.ſed prima luce.
& primis tenebris eſt principio diei & principio noctis.
Prima die,prima nocte,reſpectu ſecundæ dr̃.
Reperitur vero luci pro luce.veſperi ꝑ veſpere.& ruri pro rure.Carthagini pro carthagine,Sed Seruius vult hæc nomina vrbium propria debere poni in datiuo.

## De litera.M.

MAle de te ſentio.exiſtimo.iudico.nõ errorem ſentientis:ſed eius de quo ſentimus,vitium deſignat.
Male audio,eſt malã famã habeo.i.infamor.
Magni,parui,tãti,quãti,in gtõ ſolum iunguntur cum illis verbis intereſt & refert.vt magis intereſt.parui refert.
Cætera in ntõ vel aduerbialiter.vt plurimum intereſt.
Sex pronomina in abltõ.mea.tua.ſua.noſtra.veſtra.cuia.
Malleolus,eſt in modũ mallei roſtra hñs.aptus plantationi.
Sarmentum,eſt areſactum:qđ igni reſeruatur.
Palmes eſt:cum in vite frondes vuaſq; habet.
Marinum eſt,quod in mari eſt.vt piſcis marinus.
Maritimum eſt,qđ iuxta mare eſt.vt vrbs maritima.
Transmarinũ eſt.qđ trans mare eſt.vt bellũ transmarinum.
Meditari.ꝑter eã ſignificationẽ:quã habet in promptu:eſt etiam ad aliquid ſe exercere.vt ad paleſtram.
Memoria teneo.recte dr̃:non memoriter teneo.
Memoriter recito.memoriter ꝓnuncio:non memoria.
Memoria & memoriter cõplector.repeto.recolo.
Memini.ꝑ recordor/gtõ & actõ iungitur.

Memin,ipro mentionem facio gtõ & abltõ cum de.

Meſſis,tum ipſa meſſio eſt,tum ſeges iã matura.
Sementis,eſt ſatio,ſiue(vt ita dicã)ſeminatio.
Semen eſt,qđ in terrã ſubactã iacitur.
Seminariũ,eſt locus, vbi plãtæ ad trãſplãtãdũ ſeruũtur.

Merere,eſt mercede opari & in militia exerceri.vnde meritoria taberna,quo ſine mercede non eſt aditus.
Meritorius puer,qui mercede proſtrat libidini.
Meritoria puella non dr̃,ſed meretrix,quia meret.

Mereor de te bene.i.beneficium in te confero.
Mereor de te male.i.mala in te contuli.
Demereor amicos.i beneficijsillos obnoxios facio.
Emereor,vnde eſt emeritus,a labore ceſſare.

Miniſterium in ſingulari,eſt miniſtri opera.
Miniſteria in plurali,ꝑ miniſtris accipiuntur.
Eodem modo differunt ſeruitium & ſeruitia.

Mille in ſingulari,ſubſtãtiuum eſt.vt Cicero.Mille hominum verſabatur, & mille nummum expenſum.
Millia vero in plurali.ab eo eſt.qđ eſt mille.
Mille in plurali,adiectiuum eſt,vt mille viri.

Mollis homo.in vituperationem dr̃.i.effœminatus.
Molle opus in laudem.i.pulchrefabre factum.
Moratus ille dr̃.qui bonis moribus eſt præditus.
Morigeratus:eſt obſeqns & obediens à verbo morigeror.
Moroſus,qui eſt difficilis & peruerſis moribus.

Moror te,& maneo te.ꝑ expecto te.ſed poetice.
Moror te.i.detineo te.magis oratorium eſt.
Maneo.ꝑ eo qđ futurum eſt.vt quis te manet exitus.

Monumenta,ſunt ſepulchra.ſtatuæ,tituli.litteræ.
Munimenta,ſunt munitiones caſtrorũ.vt vallũ,foſſa.

Murus.eſt ambitus vrbis:aut etiam caſtrorum.
Paries,eſt ambitus ille domorũ:quo tecta fulciuntur.
Mœnia,& murum & vrbis ædificia ſignificant.

Mulier,ea dr̃:quæ corrupta eſt. Virgo,q̃ integra.
Patitur tamen vtrũq; aliquando exceptionem.

Munus(teſte paulo)dr̃:quod dono mittitur.
Munus,alio modo eſt onus.vnde immunitas dr̃.
Munus præterea.eſt officium.vt militare munus.

¶ De littera.N.

Natalis & natale ſubſtantiue, eſt dies natalicius.
Natales vero in plurali, ſanguinis conditionem ſignificat.

Ne dicam, ſubſtantiuo pcedente, vult poſt ſe actũm. vt Cicero. crudelis caſtor, ne dicam ſceleratum & impium. Secus autem ſeqnte ſubſtantiuo, vt ſi dicamus, Crudelis, ne dicam ſceleratus, & impius Caſtor.

Necatus, generalem habet ſignificationem.
Nectus non dr̃, ſine certo genere mortis.

Nedum, vno modo vtimur, cum vtrãq; ſententiã vno claudimus verbo. vt funderem pro te ſanguinem: nedum pecuniam. Altero cum ſuum vtriq; ſententiæ verbũ damus, vt funderem pro te ſanguinem, nedũ pecuniam crederem. Sed affirmando, qđ eſt maioris momenti pponimus, negando vero, contra iqđ eſt maius poſt ponimus.

Næ cum diphthongo, p valde vel certe accipitur.
Ne pducte accepta, p non. Ne correpte, pro an.

Niſi, quoties ponitur in principio, indicatiuum poſtulat.
Alias vero, etiam ſubiunctiuo iungi poteſt,

Nihil ad Cæſaris equitatum. i. nihil ad comparationem Cæſaris equitatus.
Terentius. Nihil ad noſtrã. i. nihil ad comparationem huius noſtrę.

Non me fallit. non me præterit: non me fugit, non me capit: eſt non ignoro, teſte Quintiliano.

Noualis. inquit Paulus iuriſcon. eſt terra pſciſſa, anno ceſſans.
Ager reſtibilis inquit Varro qđ reſtituitur: ac creſcitur.

Nunc aduerbium, tempus inſtans ſignificat.
Nunc etiã ſine temporis ſignificatione vſurpatur. Cicero plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus, nũc vero onuſti cibi, & vino cõfuſa & conturbata cernimus.

Nutare, eſt male ſolidatæ molis ruinam minari.
Titubare eſt, pedibus non valentis inſiſtere.
Vacillare, eſt alterno motu inconſtantem eſſe.

Nuncius eſt, qui nunciat. non qđ nunciatur.
Quod enim dicit Seruius nuncium eſſe qđ nunciatur, non eſt verum.

¶ De littera. O.

O Vocatiuo & accuſatiuo iungi poteſt, vt o me miſerum. o te fœlicem.
Aliquando ſupprimitur. ſed in re leuiori. vt Hominem in doctum. qui hæc ignoret.

Obſeruo. ideſt cuſtodio, á quo verbo eſt obſeruatio.
Obſeruo. i. colo & veneror. á quo verbo eſt obſeruãtia.

Obeo legationẽ. i. exequor munus & officium legationis.
Sic. obeo mortẽ, exequor officium mortis, & obeo nõ addendo mortẽ, ſicut oppeto mortem & oppeto. defunctus vita & defunctus.

Obuio tibi,& obuius tibi fio,& obuium me tibiſero,obuius tibi ſum.

Obuiam tibi ꝓceſſi,idem ſignificant.

Obſes eſt,qui traditur imperio alterius:quaſi pignus.

Vas eſt,qui eſt ſponſor alterius in capitis periculo.

Fideiuſſor eſt,qui ſpondet in cauſis leuioribus.

Ociũ,eſt vacatio a labore,cuius cōtrarium eſt negocium.

Ocium quoq; ꝓ ſtudio litterario accipitur.

Occupare,eſt locum tenere,& vi capere,& etiam.

Occupare,ante capere,qđ dicunt ꝑoccupare.

Odor,notum eſt quid ſignificet in vtroq; numero,

Odores,in plurali numero ſunt odoramenta.

Officium,eſt virtutis actio ꝓ loco & tempore.

Officium,eſt beneficium & obſequium in amicos.

Officium,eſt quoq; magiſtratuum & aliarum rerum.

Officinā eſt,vbi opera fiunt,vnde ſunt opifices.

Taberna eſt,vbi opera venduntur,vnde tabernarij.

Opera,vt dicit Vulpianus,eſt diurnum officium.

Opus,eſt finis fructuſq; operæ:vt opus Ouidij.

Opere ꝑcium,eſt fructuoſum:& ad rem pertinens.

Orare,eſt verbis aliquam rem petere.

Exorare,eſt orando & ꝑcibus aliquid impetrare.

Oriundus à Roma.i.cuius maiores fuerunt Romani.

Ortus Romæ.i.qui in vrbe Roma natus eſt.

Ordo,eſt digeſtio,& ſuo cuiuſq; rei loco diſpoſitio.

Series,eſt rerum q̃dam continua ꝓgreſſio.

Orphanus eſt,qui caret patre:præſidioq; paterno.

Pupillus eſt,qui caret patre,ſed tātiſper dum eſt in ea ætate, cui dari conſueuerunt tutores per leges.

Orbus eſt,qui aliqua re chara priuatus eſt,vt filijs.

¶De littera.P.

PArasitus eſt,qui ventris gr̃a nihil recuſat ferre,& omnia loquitur ad voluptatem inuitātis eum.

Scurra eſt,q riſum ab audientibus captat ſine differētia.

Paſtio,eſt ipſa paſcendi actio,q̃ ad pecudes ꝑtinet.

Paſtus,homini competit,& potius ad animũ ꝑtinet.

Pabulum,eſt cibus pecorũ:qui ſine ſemine eſt,vt palea.

Eſca,& hominũ eſt:qđ & captādis piſcibus ſubditur.

Paſci,pecudum eſt:& conſtruitur cum actō.

Veſci,hominum:conſtruiturq; cum abltō.

Partior,idem eſt qđ partes facio.& diſtribuo.

Partior, raro reperitur: ſed impertior frequenter.
Pacificatus ſum. id eſt pacem feci.
Placatus ſum, in pace ſum: vel ab armis receſſi.
Pacatus ſum, ab indignatione ad lenitatem redij.
Parem eſſe, idem eſt. qđ ſufficere alicui operi.
Par eſſe, idem eſt qđ eſſe conueniens & decens.
Paria facere eſt: qđ alibi omiſſum eſt: compenſare.
Patres. inquit paulus. vſq; ad tritauos proprie dici.
Qui ſupra tritauos ſunt, maiores debere appellari.
Minores, dicit Seruiꝰ nũcupari, q̃ties deficit nomẽ in poſteris. Sed potiꝰ di-
cendũ eſt: eſſe maiores: q nos p̃ceſſerũt. Minores vero. q ſequuntur.
Penu continentur: q̃ ad victum priuatũ pertinent.
Penarium, eſt locus, teſte Varrone, vbi penu reponitur.
Commeatus dr̃, qui ad victũ publicũ pertinet.
Pecus, ſignificat omne animal, qđ ſub homine ex pabulo terræ paſcitur,
ſignificat etiã multitudinem pecudum.
Pergameni, ab oppido Aſiæ, qđ eſt Pergamus.
Bergomenſes á Bergamo Galliæ ciſalpinæ oppido.
Per, in compoſitione cum nomine poſitiuo iungitur.
Quã vero, ſuperlatiuo. vt Per doctus, quã doctiſſimus.
Per quã vero, poſitiuo, vt perquã doctus homo.
Quam, pro quãtum, ſemper poſitiuo adiungitur.
Per. aliq̃n in malum accipitur. vt periurus. perfidus.
Aliq̃n accipitur quaſi per medium. vt Perſpicuus.
Præ, idem ſignificat, ſed cũ alijs dictionibus iungitur quã per: vt Præclarus,
prædulcis. prædiues. non perclarus. per dulcis. per diues.
Perinde, vult poſt ſe, ac ſi, vel atq;. vt Fac perinde: ac ſi tua res eẽt, vl' atq; tua res eſſet.
Proinde, idem eſt qđ ideo, vel ideoq;.
Subinde: accipitur ꝑ inde: ſtatim, vel identidem.
Petere, in bonum & in malum accipitur.
Poſco eſt ꝓprie, rem debitã & honeſtã peto.
Poſtulo eſt: quodãmodo requiro. vt Res poſtulat.
Expoſtulo, cum q̃rela amici officiũ deſidero.
Flagito eſt vehementer & importune poſtulo.
Proſequor, & in bonã partem, & in malã accipitur.
Proſequor, ablt̃o iungitur. vt Proſequor te oculis.
Peculium eſt: quicquid labore nr̃o comparatur.
Peculatus, eſt furtum rerũ ad rem publicã pertinentium.
Sacrilegium, eſt furtum rerũ ſacrarum.
Pellex eſt: q̃ cum eo cui eſt vxor, miſcetur.

Pallaca.ſiue pallax eſt concubina eius, qui non habet vxorem

Pluit.caret ſuppoſito.& conſtruitur cum abltō.

Ningit.tonat.ſerenat.& ſimilia vtrumq; reſpuunt.

Plura.poſſunt eſſe duo.& eſt nomen comparatiuum.

Complura.duo eſſe non poſſunt.& non eſt comparatiuum.

Plæriq; maximā partem ſignificat:modo nonnulli.

Porro:licet eiuſdē ſignificationis ſit/cuius vero/& autē:hæc ſemper poſtponuntur.illud poteſt etiam ꝓponi.

Pondo.( teſte phoca)ſingulari numero caret. dicimus tñ duo tria pondo:non bina terna pondo.

Potior.cum hoc nomine res in plurali.gtō iungitur.

Cum aliis vero nominibus.freqntius abltō copulatur.

Potus vini/aquæ.lactis.& ſimilium/recte dr̄.

Potio.datur ægrotanti.qđ græce pharmacum dicitur.

Pompa:eſt ſpectaculum in proſperis rebus & aduerſis.

Spectaculum vero eſt,qđ ſpectatur.& ipſa ſpectatio.

Locus etiam vnde ſpectamus,ſpectaculum dicitur.

Proteruus,procax.& petulās.aliud alio magis increſcit tā in factis, quā in dictis,ſignificatq; quādā laſciuiā libidineq; & impudentiā.

Præſens.non modo:qđ eſt huius temporis:ſed alterius. vt Horatius. preſens in tempus omittat.

Præſens quoq;:ſubitus & non dilatatus in tēpus.vnde præſentiſſimum periculum,& ꝑſentaneum remedium.

Præeſſe eſt,rei adminiſtrādæ ꝓpoſitum eſſe,ab hoc ſit ꝑſens:qđ a verbi ſignificatione receſſit.

Præſidere.eſt ad opem præſtādā præeſſe:á quo ſit præſes. ſicut á Deſideo deſes á Reſideo reſes.

Præſidium.eſt ꝑcipuum auxilium.

Subſidium eſt.qđ in auxilium ſuccedit.

Preſtare.ꝑter eā ſignificationem:quā præſe fert:ſignificat etiā prohibere. ne alicui fiat incommodum,

Pridie & poſtridie gtō ſeruiunt & actō.vt pridie nonarum decembrium: & pridie nonas decembres.

Procul.apud quoſdā autores actō ſeruit.vt Curtius.procul vrbem.&c.

Prius vocauite,ad tempus referri debet.

Prior vocaui te.ad ꝑſonā potius refertur.eſtq; inter duo:ſicut primus inter plura.vt ego prior quā tu veni domum.& ego primus omnium veni.

Eadem ratio eſt de poſterior.poſterius.& poſtremus.

Præ me fero,eſt dicto vel facto qualem opinionem habeā:quaſi ipſa frōte cōfiteri,in eadem ſignificatione ſunt præ me duco.præ me gero.

Priſca ſunt,quæ prioribus ſæculis fuerunt.
Priſtina,q̃ fuerunt prioribus annis.
Probrum,idem eſt qđ dedecus & ignominia.
Opprobriũ,eſt aliq̃n facto:ſed freq̃ntius dicto.
Pulſare,eſt graui & vehementi ictu cædere,
Verberare,eſt cędere inſtrumẽto lõgo et exili.
Pręuaricatores ſũt,q cauſam aduerſarijs donant.
Tergiuerſatores,q in totũ ab excuſatiõe deſiſtũt.

## De littera.Q.

QVãdo & quandoquidem,idem eſt qđ quoniam.
Quatenus,idem ſignificabat Quintiliani ſæculo.Cicero tamen quatenus,pro in quantum vtitur.
Queſtus in plurali,pro querela,a queror quereris.
Quæſtus,etiam in ſingulari ſignificat lucrum nummarium:deriuaturq; à verbo quæro quæris.
Quidem,vno modo accipitur ad diſtinguendum res,quod Græci nimium faciunt,vt alius quidem bonus.alius vero non.
Altero modo per exceptionem,illius qđ affirmes,vt Quintilianus,Torquebis quidem filium:ſed fatebitur mater.
Tertio modo ponit̃ cõpletiue nõ ſeq̃nte ei⁹ aduerſatiua.
Quin,modo ꝓ quinetiam,ſiue atq; etiam accipitur.
Quin,ꝓ vt non:deſiderat ſubiunctiuũ.vt quin ades.
Quin,ꝓcur non:ſemꝑ interrogat ꝑ indicatiuum.
Quid,ſubſtantiuum eſt,vt quid negocij eſt tibi?
Quod,adiectiuum,vt qđ negocium eſt tibi?
Quiſq;,cum ſuꝑlatiuo cõſtruitur,vt optimus quiſq;.
Cũctus & oĩs,poſitiuo iũgit̃,vt cũcti ſapiẽtes oẽs docti.
At vero omnis,cõparatiuo additur.vt oẽs doctiores.
Quæ vero ſuꝑlatiuo carent,etiã cũ quiſq; iunguntur.
Quotuſquiſq;,ſemper interrogatiue ponitur.

## De litter.a R.

RHegini,ex oppido Calabriæ Rhegio dñr.
Rhegienſes,ex Rhegio Galliæ ciſalpinæ oppido.
Rettulit Pompeius ad ſenatũ.i.in conſulationem poſuit.
Refero tibi beneficium.i.confiteor me accepiſſe bñficiũ.
Rixa(vt dixit Vulpianus)poteſt eſſe inter duos
Turba vero in multitudine & cœtu hominum.

## De littera.S.

SAluber cibus,ſaluber aer.eſt ſanitatem conferens.
Sanus homo.ſanum caput.eſt ſanitatem habens.
Saturare,ad omnes ſenſus pertinet,atq; etiam ad animum.
Saturare,ad vnum guſtum pertinet tantum.
Salio,vnde ſaltus deducitur,eſt ſaltum facere.
Salto,vnde ſaltatio fit,eſt tripudium facere.
Scilicet & videlicet,idem ſignificare videntur/quod certe,ſed per amaritudinem quandam cum deriſu mixtam. Recentiores vtuntur expoſitiue his particulis.
Sciens feci.ideſt cum faciebam ſciui me facere.Ignorans feci.ideſt cum ignorabam ſciui me ignorare.
Scienter feci Ignoranter feci.ideſt cum ſcientia vel ignorantia feci.
Secundum particula,notum eſt quid ſignificet.
Secundum præterea,accipitur pro iuxta & poſt.
Secundum,etiam pro eo quod eſt pro.vt ſecundum me iudicatum eſt.i.pro me ſententia eſt lata.
Senecta & ſenectus,vtraq; eſt ſenilis ætas.
Iuuentus,non modo ætas,ſed multitudo iuuenum eſt.
Sin,pro ſi,nunq̃ in prima parte collocatur,ſed in ſecunda,cum præceſſit igitur/exponendum eſt ſin,pro Sed ſi.
Syncerus(vt dicit Donatus)eſt ſine cera.vt mel ſimplex.Sed potius dicẽdum eſt ſyncerus.ideſt integer & incorruptus,quaſi cum cera & nulla parte fraudatum,hoc eſt diminutum.
Situs(vt dicit Priſcianus)eſt negligentia.ſed potius eſt ſordes illa & illuuies domus diu non repurgatæ.
Solus & vnus inter omnia adiectiua,quæ non ſunt ſuperlatiua,gtõ plurali iũguntur.vt Solus omnium.vnus cunctorum.
Stare,eſt non ire in ĩjs,q̃ ſunt ſine pedibus. Vt nauis.
Stant,quæ recta ſunt,quãdiu non cedunt.Vt ſtat turris.
Stant q̃dam,ſi non eunt cum ire poſſint.Vt equus,homo.
Sedere:in hominibus notum eſt quomodo fit.
Sidére,eſt peſſum ire,deorſumq; deſcendere.
Sto,verbum abſolutum eſt.Siſto actiuum.vt Vergi.Siſte gradum.Vtrumq; habet ſupinum,ſtatum.
Stelle,inquit Macrobius,ſigulares,vt erratice.
Sydera,conſtant multarum compoſitione vt Aries.
Aſtrum,eſt ſignum ex ſtellis coactum,qđ nos dicimus ſydus,q̃ differentia non ſemper obſeruatur.
Super,contiguitatem ſignificat.vt Sedeo ſuper lapidem.
Supra ſpacij interpoſitionem.Vt Nubes pendent ſupra nos.

Suffragia/ſunt voces quæ dantur in electione.

Vnde ſuffragari/pro auxiliari plærumq; inuenitur.

## ¶De litera. T.

TAntum abeſt:poſt ſe habet vt/aut ſemel.vt Cicero tantum abeſt ab officio/vt nihil officio poſſit magis eſſe contrariũ.aut bis.vt idem. Tãtum abeſt,vt aliquam bonam grãm quæſiſſe videar:vt multas etiam ſimultates ſubeũdas intelligam.

Tanti & quanti:& ab eis compoſita tantidẽ quantilibet,quanticũq;,totidem, pluris & minoris/iungũtur his verbis emo.venundo.veneo.mercor. comparo.æſtimo.taxo.liceor.addico.diſtraho.metior,conduco.loco. fœnero paciſcor.pango.condemno.poſtulo & ſimilibus verbis.

Tenus.ſemper poſtponitur.atq; in ſingulari cũ abltõ tm̃.in plurali etiam cũ gtõ.vt Vergilius.Crurũ tenus á mento palearia pendent.

Thebani á Thebis,q̃ eſt vrbs in Bœotia inſignis.

Thebæus á Thebe vrbe antiquiſſima in Aegypto.

Timeo te.ideſt tanquam inimicũ metuo te.

Timeo tibi.ideſt metuo tibi tanquã amico.

Traijcio exercitũ.i. trans mare.trans montes.trans flumen duco.

Traijcio mare.i.tranſeo mare.

Tricliniũ.á toris menſiſue triplicibus appellatum eſt.

Aula græce,quam latini atriũ appellant.

Tollo.aliquando pro capio.vt Tolle librum.

Tollo,aliqñ pro.educo accipi ſolet.vt Subſtuliſi filium.

## ¶De littera. V.

VAlde,poſitiuo & verbo iungitur/ſed non longe.vt Valde doctus. Valde legit,non longe doctus.longe legit. nec valde ditior. valde ditiſſimus.

Venio in ſuſpitionem,ſemper accipitur paſſiue.vt Veni in obliuionem. Veni in vituperationẽ/etiam paſſiue.

Veni in opinionẽ.actiue & paſſiue ſolet accipi.

Vector,vnũ ex verbalibus in.or.paſſionẽ ſignificat.i. eũ qui vehitur/aliquando eum qui vehit.

Venale/ſignificat rem venditioni expoſitam.

Vendibile/qđ cito & facile vendi poteſt.

Vendico.(vt ſic dicam)eſt approprio & meũ eſſe dico.

Vindico/eſt vlciſcor/aliquando ab iniuria defendo.

Ventitare/eſt frequenter venire ad locum.

Aduentare/eſt proximũ eſſe/vt veniat.

Verſicoloria dicuntur/quę natiuũ colorem mutant.
Coloria/quæ colorẽ habent natiuum.
Vicus/vrbis eſt pars/ſed vicus paganus muris caret,
Caſtellum eſt/qđ muris cinctũ eſt vndiq̃.
Oppidũ/eſt omnis vrbs/præter Romam.
Victus appellatione, continentur homini neceſſaria ad vitam.
Penus: eſt omne quo homines veſcuntur.
Vltro citroq̃/ad dicta & facta referuntur.
Vſurpare: eſt vti: tum dicto: tũ facto. i. vſum capere.
Vt. pro vtpote: ſiue quippe ſequenti relatiuo, Quintilianus: Non damno: vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid.

¶ Finis.

## EIVSDEM ANTONII NEBRISSENSIS, DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

NIhil eſt in hac vita mortali magis neceſſarium cognitu, & qđ minus a noſtri ſæculi hominibus ſciatur/quam tria illa quibus ſator rerum idemq̃ mũdi arbiter omnia diſpoſuit. Omnia (inquit) in menſura/numero/pondere diſpoſuiſti. Omitto nunc pondus & menſuram, ſine quibus multę artes atq̃ imprimis medicamentaria: immo neq̃ ipſa hominum ſocietas/quam ciuitatem appellamus/conſtare poteſt. Breui namq̃ ijs de rebus tradituri ſumus certam rationem ætati noſtræ (quãtum ego exiſtimo) incognitam. IVenio ad numeros, in quos pondera ipſa & menſurę referuntur. Quotuſquiq̃ nouit latine numeros ſuis proprijs vocabulis appellare: poſteaquam a primis illis infantilibus etiam notis diſceſſerunt? Refert Ariſtoteles in problẽmatis eſſe quaſdam nationes adeo immanes & barbaras: vt neſciãt computare vltra numerum quaternarium: quid ſi ego monſtrauero eos, qui vulgo habeantur ſapientes, neſcire quomodo latine dicant. Tres letras tu yas recebi en vn dia, & cada quatro dias recibo dos, que de alos frayles que andã emparejados de dos en dos cada quatro hueuos? Et hoc intra numeros illis notos, quid ſi tranſgrediamur denarium? quid ſi centenarium? qđ ſi millenarium? quid ſi millionem? Sed cum mihi ſemper fuerit in animo pro virili Hiſpanis meis opem ferre, in ijs potiſſimum quibus maiorem in modũ opus eſt, libuit hoc in loco diſponere in prima ſerie nomina numeralia, atq̃ e regione ſecundo in loco nomina ex numeralibus diuidua ſiue diſtributiua, tertio nomina ordinalia. quarto aduerbia numeralia. Secutiq̃ ſumus in hac parte tum vſum doctiſſimorum, tum rationem, tum etiam proportionem. Poſuimus vero numeros ex

plicitos vſq; ad triginta, cæteros vero collegimus in decuplationes tantum, ex quibus & ſimplicis poſſimus componere medios, quemadmodũ fecimus a Viginti in triginta, Prohibuimus autem vicies bis & vicies ter, & ſimilia, q; certos autores ſecuti in commentationibus noſtris dici poſſe putabamus, propterea quod vicies bis, potius quadragies, & vicies ter ſexagies deſignant. & alia ad hunc modum, Præterea vltra centum non poſſumus dicere centies, bis, ſicut dicimus centum duo/& centeni bini/ & centeſimus ſecundus, propterea q; centies bis/potius ſignificat ducenties, & centies ter/trecenties, & ſimiliter deinceps. itaq; rationem ſecuti potius dicendum eſſe crediderim centies & bis/centies & ter, aut bis ſupra centies, & ter ſupra centies. &c.

Aduertendum tamen antiquiores poſt centum millia potius conſueuiſſe dicere bis centum millia, ter centum millia. quater cẽtum millia, q; ducẽta, trecenta, quadringenta millia. Et pro eo quod nos dicimus. Vn cuento, decies centum millia. Dos cuentos, vicies cẽtum millia, & deinceps eodem modo.

Illud quoq; eſt animaduertendũ qđ interroganti quot paſcit ſeruos/quot poſſidet agri iugera, reſpondendũ eſt per nomina numeralia/puta decem centum. Interroganti vero quot dentes habent homines, reſpondendum eſt per nomina diuidua ſiue diſtributiua, puta cranteres binos, caninos quaternos, primores octonos, molares vicenos. Nam ſi diceres ſimpliciter qđ homines habent duos, aut quattuor, aut octo, aut viginti dentes, non dixiſti quod volebas. Interroganti vero per quotus. a. um. reſpondendum eſt per nomina ordinalia, vt quotus ſedet in eccleſia cantor ab epiſcopo, reſpondendum eſt tertius, aut quartus. aut quotam partem habent clerici ex frugibus, reſpondendum eſt decimam/ideſt vnam aliquam ex decem.

Sunt & aliæ denominationes a nominibus numeralibus, quæ dicuntur multiplicia. vt duplus. triplus. quadruplus. quintuplus. ſextuplus. ſeptuplus, octuplus. nonuplus. decuplus. quattuordecuplus. quindecuplus. ſexdecuplus. centuplus. Cætera vero multiplicia, cum non habent ꝓpria nomina per quæ poſſint deſignari, circumloquimur ea per numeralia, & ablatiuum huius nominis tantus tanta tantum. vt ſi dixeris qui ſurripuerit ſimplum, luat viginti tanto, aut mille tanto, aut mille quingenta tanto. Et eodem modo de multiplicibus illis: quæ ſignificant plicaturam. vt duplex. triplex quadruplex. quincuplex. ſexcuplex. ſeptuplex. octuplex. nonuplex. decuplex. vndecuplex. duodecuplex. tredecuplex. quattuordecuplex. quindecuplex. ſexdecuplex. centuplex. vt Horat. contra quem duplici panno patientia velat. Triplices quoq; & quincuplices tabellas apud Martialem legimus. & apud Ouidium. Surgit ad hos clypei dñs ſeptemplicis Aiax. vbi non poſſis dicere duplus. triplus, quadruplus. quincuplus. ſextuplus. Nam qđ Perſius dixit. rem duplica, ſed iam triplex. & Iuuenalis. Qui triplicem vſuram pſtare paratus, manifeſtũ eſt pro triplo poſuiſſe.

Sunt & alia diuerſarũ ſignificationũ nomina numeralib9 cõpoſita & deriua ta, q̃ vltra certos numeros nõ ꝓcedũt. vt biduo/triduo/quatriduo: ſed nõ dicim9 quinquiduo/ſexiduo. &c.

Biennio. triennio. quadriennio. quinquennio. ſexennio. ſeptẽnio. decennio. cẽ tennio. ſed nõ dicim9 octonio, nouennio, ducentenio. &c.

Nudius tertius, nudius q̃rtus. & Plaut9 nudius quint9. nudius ſext9. & Cice/ ro nudi9 tertius decim9, cætera exemplo carent.

Bimus. a. um. trimus. a. um, quadrimus. a. um, & denoĩatiua ab illis Bimat9. us, trimatus. us, quadrimatus. us, cætera non legũtur.

Et aduerbia biſariam. triſariã. quadriſariã. omniſariã. multiſariã. pluriſariam: ſed non dicim9 quinqueſariã. ſextiſariã. &c.

Sunt alia nomina Numeralia numerorum triplicatiua, quæ non reperiũtur niſi a certis numeris, hæc ſere Binio. onis. pro eo quod eſt bis duo bis, hoc eſt octo. Ternio. onis, pro ter tria ter. hoc eſt ſeptem & viginti. Quaternio. onis. ꝓ quater quattuor quater. hoc eſt quattuor & ſexaginta. Quinio. onis. pro quinquies quinq; quinquies, hoc eſt centũ viginti quinq;. &c. Eodem modo poſſent ex ꝓportione formari: ſed non legi, niſi hæc ſuperiora, & q̃d ſuſpicor millionem dictum, quem vulgus Hiſpane appellat millon, hoc eſt millies mil le millies.

Latini ex hac terminatione caſus recto ſif es vſurpãt.vt Oui. Moly vocãt ſu- peri,nigra radice tenetur.

In.ω.deſinentia,omnia ſunt generis fœminini,poſſuntq; reduci ad tertiã declinationem latinã:vt voluit Cæſar, hñtq; accentum acutum in vltima, mittuntq; gtũm in.oos.vt Didó didóos.Sapphó ſapphóos. Chlió chlióos. Calypſó calypſóos.Erató eratóos.Myrtó myrtóos. Lampedó lampedóos. Mantó mãtóos.Dtũm formãt.os.mutata in.i. Actũm.os.mutata in.i.vt Di dói didóa.Sapphói ſapphóa.Clioi clióa.Calypſói calypſóa Per ſynæreſim tñ mittunt genitiuum in.us.hoc eſt.oos.mutata in.us.in q̃ ſuſcipiunt accentũ circumflexum,vt Didó didûs.Sapphó ſapphûs.Clió cliûs. Calypſó calypſûs. Mantómantûs. Latini ex hac terminatione ntũm vſurpãt, & obliquos ſynærizatos. vt Ouidius in priapeia. Penelopes primã didûs ſi prima ſeq- tur. Idem in epiſtola ſapphûs. An niſi legiſſes autoris nomina ſapphûs. Ouidius in primo de arte. Nec mihi ſunt viſæ clío cliuſq; ſorores. Actũm quoq; vſurpauit Vergi.iiij. æneidos.Et nomine Didó ſæpe vocaturum. & Horatius,Aeolijs fidibus canentem ſapphó.& Ouidius in priapeia,Atlantidẽ calypſó.

In.an.plærumq; ſunt maſculina acuentia finalem,aſſumuntq;.os.in geni tiuo,& retinent ſemper. a.longum.vt Titán titános.Pæán pæános.Pelecán. ános.Acarnán acarnános.Pán pános ꝓ deo poſtorum. Nã pan neutri gñis ꝓ eo qđ eſt omne/pantós per.t.facit.Compoſita vero penultimam acuunt, vt Hermópan hermópanos,Eupéan eupéanos. Latini ex hac terminatione gtm̃ & actm̃ vtriuſq; nũeri vſurpãt, vt Ver. viij.æñ. Panós de more lycæi, Idem in bucco.Mecum vna in ſiluis imitabere pána canẽdo.Idem.vi.ænei. Lætum paána canentes.

In.en.per.н. q̃in.e.longum vertitur,maſculina reperiuntur & fœminina& communia duorum generum, quę partim acuunt vltimã,vt ex maſculinis hymén,ſolén,lichén,adén,ſplén,zén,mén,& ex fœmininis,ſyrén, troezén, partim acuunt penultimã,vt hic hélen,hic & hæc cárſen,téren.q̃ omnia. os. aſſumpta faciunt gtm̃,ſed quædã retinẽt in obliq̃s,e.longũ,vt hic ſplén ſplé nos,hic Zén zénos. hic Chén chénos.hic Mén ménos. hic Damén damé- nos,hic ſolén ſolénos.hic lichén lichénos.hic hellén hellénos. hęc ſyrén ſyré- nos.hæc Troezén troezénos.Quædã vertũt.e.longũ in epſilõ,vt hic Adén adénos,hic Auchén auchénos.hic poemén poeménos.hic limén liménos.hic azén azénos.hic pythmén.énos.hic & hæc arſén.énos.hic & hæc Terén te- rénos.hæc phrén phrénos.hæc glén non declinatur.Latini ex hac termina- tione actõs vtriuſq; numeri vſurpãt.

In.in.per.i.iota maſculina ſiue fœminina vltimã acuunt, habentq; plæ- rumq; alterã terminationem in.is.mittuntq; genitiuum in.inis.ſuper no- minatiui terminationẽ.os.aſſumpta.vt hic Delphín, vel delphís delphínos

a.vt Mácar mácaros.ónar ónaros. Dámar dámaros. Neutra vero in.atos. faciunt genitiuum.a.quoq; breui ſi ſunt polyſyllaba : vt Délear déleatos. óniar óniatos. Alíphar alíphatos. Cárear cáreatos. Et diſſyllabicorum aliqua neutra lōga penultimantia in.tos.quoq; faciunt genitiuum. vt Hémar hématos. ídar ídatos. Hépar hépatos. úthar. atos. Penultimantia vero in breui.faciunt gtm̄ in.ros.vt Hypar hýparos. Thénar thénaros. Néctar.aros. Phréar vero qđ ex hac rōne debuit facere phréaros. & Stéar ſtéaros. phréatos & ſtéatos faciunt.

In.er.per.eta. q̄ maſculina ſunt, q̄dam acuunt vltimam: vt monoſyllaba, Thér théros. Sér ſéros. Et ex diſſyllabis quædam. vt Sotér. æthér. aer. q̄dam acuunt penultimā. vt íber. Monoſyllaba aſſumpta.os.faciunt gtm̄, & ſeruāt eta lōgum in obliquis. vt Thér théros. Phér phéros. Sér ſéros. Cér céros. Sed ſupra ſyllabā maſculina acutiſona ſi hn̄t.t.āte. er. retinent.e.longū in obliqs. vt Lutér lutéros, Sotér. éros. Olctér. éros. Excipiūtur Aſtér aſtéros. & patér patéros, q̄ vertunt.e.longum in breue. Qđ ſi nō hn̄t.t. vertūt.eta, in.e.breue. vt æther.eros. Aer aeros, Daer daeros. Aner aneros. Spinther vero & eleuther, ſpintheros & eleutheros per.eta.longum faciunt. In.er.grauiſona ſi penultimā hn̄t longā, vertunt.e.lōgum in breue, vt píer píeros. phráter.eros. Sed ſi penultimā hn̄t breuē, ſeruāt longū. vt íber íberos. Erier erieros. Panther vero.n.p.ſimplicis ſeruat declinatiōem. Fœminina in.er. ſupra ſyllabā mutāt.e.longū in breuem, vt Máter.eros. Méter.eros. Deméter.eros. Thygáther.eros. In.er.neutra, q̄ rara ſunt appoſitiōe.os.faciunt gtm̄, vt Cér céros. ab eo quod eſt céar céaros.

In.ir.per.ei.diphthōgō.appoſitiōe.os.faciūt gtm̄, vt Chír chíros. Phthír phthíros. ír íros. Et ab eis cōpoſita. Antíchir antíchiros. Polýchir polýchiros. His adde mártyr mártyros.

In.or.deſinentia apđ Græcos oīa ſcribunt p.ω.mega. pręter hæc quattuor. ánor. cálor. áor. étor. hn̄t autē in.or.finita accētū acutū in vltima aut in penultima. Acutiſona poſitione.os.faciunt gtm̄, ſeruantq;.ω. in obliquis. vt Phór phóros, Ichór ichóros. Etiam grauiſona hn̄tia.l.ante.or. ſeruant.o.magnum. vt Célor céloros. Pélor péloros. Sed ſi nō habent.l. vertunt.o.lōgum in breue, vt Néſtor néſtoros. Héctor héctoros. Méntor méntoros. Méſtor méſtoros. Mnéſtor mnéſtoros: cum ꝓprium eſt viri nomē, ſed mnéſtor adiectiuum.o.magnum retinet.

In.or.cōia hn̄t.o.micron in obliqs. vt hic & hæc Apátor apátoros. Amétor amétoros. Pandamátor pandamátoros.

In.or.neutra.o. magnum retinent in obliquis. vt Hélor.oros. Técmor.oros. Heteroclita vero ſunt ſcór ſcátos. & Hýdor hýdatos. Ex deſinentibus in.r.latini frequenter actos vtriuſq; numeri vſurpant, vt ab eo. qđ eſt car. Ouidius.iiij.meta. Lyciacq; propinquos caras adit. & ab eo quod eſt æther.

Ver. i. Georgicorũ. Quacũq; illa leuẽ fugiẽs raptim ſecat æthera pennis. Idẽ. Aëra per vacuum ferri. Ex nominibus terminatis in. or. ꝓpeſeq; actũs vſur paſ. vt Héctor héctora. Néſtor néſtora. Rhétor rhétora.

In. as. quæ ad tertiam declinationem latinam referunt, ſi ſunt maſculina penultimam acuunt, mittuntq; genitiuum in, antos. vt ábas ábantos. Acámas, antos. Acrágas. antos. Adámas. antos. Aéas. antos. Alíbas antos. Andrías, antos. Apéſas. antos. áras: antos. Athámas, antos. Atlas. antos. Bíbas. antos. Bábras. antos. Chálcas. antos. Cánas. antos. Cáras. antos. Charidas, antos. Chélas. antos. Cýphas, ãtos, Cýrbas, antos, Coríphas, ãtos, Eléphas. antos. Gígas, antos. ímas. antos. Lycábas. antos. Mýdas, antos. Oédas. antos Péllas, antos. Pelécas. antos. Períphas. ãtos. Phídas antos. Pýlas. ãtos. Phórbas. antos. Polydámas. antos. Próphas. antos. Sálgas. antos. Teléutas. ãtos. Téutras, antos. Tháumas. ãtos. Thóas. antos. Tólmas. antos. Fœminina vero penultimã acuunt, aſſumuntq; in genitiuo. d. vt Acrás acrádos. Lampás ados, Pallás pallados. Pliás pliádos. Monás monádos. Diás diádos. Trias triádos. Hebdoás ádos, Ogdás ádos. Decás decádos. Arcás vero vnum de maſculinis arcádos ſequitur fœmininorum terminationem. Latini ex hac terminatione genitiuos vſurpant, vt Lucanus in. ix.. Pallados in medio cõfecit pectora gorgon. Datiuum quoq;, vt Papinius in Achilleide. Palladi littoreæ celebrabat ſcyros honorem, & accuſatiuum, vt Martialis. Pallada prætereo, res agit illa tuas. Et accuſatiuus ſemper ab autoribus vſurpatur. Vt ab eo quod eſt apéſas. Papinius in. iij. Thebai, nomine Lernæi memorant apéſanta coloni. Et ab eo qđ eſt chálcas. Ver. ij. æneid, Magno chálcanta tumultu protrahit in medio. Reperiunť quoq; nonulla, que mittunt gtm̃ in. anos. vt Mélas mélanos.

In. es. cum. κ. hoc eſt per. e. longum maſculina, q̃ ad tertiam declinationẽ latinam referunť plerunq; acuunt penultimã, mittuntq; gtm̃ in. etos. & quæ per. eta. vt Cháres. etos. Chrémes. etos. Cómes etos. Chrátes. etos. Cúres. etos. Dáres. etos. Epiáles. áletos, Gýes gýetos. Glóes glóetos. ígnes. etos. Láches láchetos. Lébes. etos. Mágnes. etos. Máſſes. etos. Máſtles. etos. Méges. etos. Méndes méndetos. Mýces mýcetos. Mýnes. etos. Mórges, etos. Néres, néretos. Pénes. etos. Phráges phrágetos. Pýdes. etos. Pígres. etos. Pýles pyletos. Plánes plánetos. Týgres týgretos. Tápes tápetos. Tháles tháletos. Hæc aliqñ mittũt gtm̃ ĩ. u. vt Cháres cháru. Cómes cómu. Dáres dáru. Gýes gýu Mýces mýcu. Pýdes pýdu. Pýles pýlu. Monoſyllaba q̃q; acutiſona in. etos. faciũt genitiuum. vt Crés crétos. Gnés gnétos. Thés. etos. Et acutiſona pluriũ ſyllabarũ. vt argés argétos. admés admétos. Homithnés homithnétos. Et noĩa quædã latina, quæ in ſermonem Græcum traducta amittũt. n. quam rurſus in genitiuo reſumunt. vt Cléмes cléмentos. Créſces créſcentos. Prúdes prúdentos. Púdes púdentos. Vály valentos. Compoſita

a cleos, quod eſt gloria, circumflectunt vltimam: mittuntq; gtm̄ in. eos, per epſilon, vt Agathoclês. eos. Sophoclês. eos. Periclês, eos. Latini ex hac termi natione accuſatiuum vtriuſq; numeri vſurpant, Silius. lib. iiij, illum ſidonio fulgẽtem ardore tapeta. Papinius. i. theba. altoſq; inferre tapetas. Oui. in epl'is Vigintiſuluos operoſo ex ære lebetas. Auſonius. Fictilibus fama eſt cœnaſſe agathoclea regem.

In. æs. diphthongon vnum repit fœmininum. Dæs. detos. & vnum cõ mune duorum, Pæs. qd' facit pedos.

In. eus. diphthõgon, que ad ſecundam declinationem referuntur, vltimam ſemper acuunt, mittuntq; genitiuum io. eos, vel. ei, & dtm̄ in, ei. ſolutas. vel per ſynæreſim cõtractas. accuſatiuum in. ea. vocatiuum i n, eu, s. nominatiui ablata. latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpant, vt Pentheus pen- heos vel penthei. pentheo vel penthi penthea ô pentheu. Martialis. Flet Phi- lomena nefas inceſti tereos, & quæ, Virgilius In Bucolicis. Aut vbi mutatos tereos narrauerit artus. Idem ĩ eodem. Orphei calliopea lino formoſus apol lo. Iuuenalis. Alcinoen Bacchi thebas & terea fauſti. Ouidius. vij. metamor- pho. Vt voluere ambo, voluiſti tu quoq; Tereu ſed, eu. circũflectitur per re gulam octauam, qd' diphthongus finalis hñs ypſilon in fine circumflectit, ſi tonum accipit. Ver. in. iiij. Geor. Illa quis & me (inquit) miſeram, & te perdi dit Orpheu.

In. is. omnia reducũtur ad tertiam nominis declinationem latinam, quo- rum q̃dam acuunt vltimam vt Crepis, Cnemis. Auletris, & omnia fere pa tronymica. vt Priamis, æneis. Thebais. Quædam acuũt penultimam. vt Paris. Cratis. Cyphis. Themis. Thetis. Memphis. Quedã acuũt antepenulti mam. vt Sibaris. thamiris. adonis. theognis. caribdis. Sed in. is. propria maſ- culina in. dos. faciũt gtm̄, vt adõis adonidos. Paris paridos. Theognis. idos. Habentia quoq; penultimam lõgã. vt Eunis eunidos. Gymnis. idos. Latris latridos. Et a polis, qd' eſt ciuitas, cõpoſita maſculina ſola vel communia, vt Ageſipolis olidos. eupolis. idos. hic & hæc phygopolis phygopolidos. apo- lis apolidos. Et compoſita a mantis, quod eſt vates, vt coſcinomantis coſcino mantidos, Promantis promantidos. Et hñtia ante. is. vnã conſonantem. vt Cratis. idos. Sed hñtia duas immutabiles, in. thos. faciunt, vt ornis ornithos. Mermis memithos. Monoſyllaba vero hñtia. i. longum additione. o. in. os faciũt gtm̄ vt Cis. cios. Lis lios. Appellatiua etiam & nõ denominatiua, q̃ penultimã hñt breuem per. os. purum mittũt gtm̄, vt echis echios. Mantis mantios. ophis ophios. Et q̃dam propria, vt agis agios. Ageſipolis ageſipo lios. Anacharſis anacharſios. Buſiris buſirios, Gaozis gaozios. iphis iphios. Sentis. tios. Sybaris. arios. Thamyris. yrios, Zenis zenios, Quarũ aliq̃ p dos. plærũq; inflectunt. vt agis agidos. Thamyris thamyridos. Ageſipolis ageſi- polidos, Buſiris buſiridos.

Ver.i.Georgicorũ.Quacũq; illa leuẽ fugiẽs raptim ſecat æthera pennis.Idẽ.
Aéra per vacuum ferri.Ex nominibus terminatis in.or. ꝑpeſeꝗ actũs vſur
paẽ.vt Héctor héctora.Néſtor néſtora.Rhétor rhétora.

In.as.quæ ad tertiam declinationem latinam referunẽ,ſiſunt maſculina
penultimam acuunt,mittuntq; genitiuum in,antos.vt ábas ábantos. Acá
mas,antos.Acrágas.antos.Adámas.antos.Aéas.antos.Alíbas antos.An
drías,antos.Apéſas.antos.áras:antos.Athámas,antos.Atlas.antos.Bíbas.
antos.Bábras.antos.Chálcas.antos.Cánas.antos.Cáras.antos.Charídas,an
tos.Chélas.antos.Cýphas,ãtos,Cýrbas,antos,Coríphas,ãtos,Eléphas.an
tos.Gígas,antos.ímas.antos.Lycábas.antos.Mýdas.antos.Oédas.antos
Péllas,antos.Pelécas.antos.Períphas.ãtos.Phídas antos.Pýlas.ãtos.Phór
bas.antos.Polydámas. antos.Próphas.antos.Sálgas.antos.Teléutas.ãtos.
Téutras,antos.Tháumas.ãtos.Thóas.antos.Tólmas.antos.Fœminina ve
ro penultimã acuunt,aſſumuntq; in genitiuo.d.vt Acrás acrádos. Lampás
ádos,Pallás palládos.Pliás pliádos.Monás monádos.Diás diádos.Trias triá
dos.Hebdoás ádos,Ogdás ádos.Decás decádos.Arcás vero vnum de maſ
culinis arcádos ſequitur fœmininorum terminationem.Latini ex hac termi
natione genitiuos vſurpant,vt Lucanus in.ix.. Palládos in medio cõfecit pe
ctora gorgon.Datiuum quoq;,vt Papinius in Achilleide.Palladi littoreæ ce
lebrabat ſcyros honorem,& accuſatiuum,vt Martialis.Pallada prætereo,res
agit illa tuas.Et accuſatiuus ſemper ab autoribus vſurpatur.Vt ab eo quod
eſt apéſas.Papinius in.iij.Thebai,nomine Lernei memorant apéſanta colo
ni.Et ab eo qđ eſt chálcas.Ver.ij.æneid,Magno chálcanta tumultu protra
hit in medio.Reperiunẽ quoq; nonulla,que mittunt gtm̃ in.anos.vt Mélas
mélanos.

In.es.cum.κ.hoc eſt per.e.longum maſculina,q̃ ad tertiam declinationẽ
latinam referunẽ plerunq; acuunt penultimã,mittuntq; gtm̃ in.etos.& quæ
per.eta.vt Cháres.etos. Chrémes. etos.Cómes etos. Chrátes. etos.Cú
res.etos.Dáres.etos.Epiáles.áletos, Gýes gýetos.Glóes glóetos.ígnes.etos.
Láches lácheros.Lébes.etos.Mágnes.etos.Máſſes.etos.Máſtles.etos.Méges.
etos.Méndes méndetos.Mýces mýcetos.Mýnes.etos.Mórges,etos. Néres,
néretos.Pénes.etos.Phráges phrágetos.Pýdes.etos.Pígres.etos.Pýles pyle
tos.Plánes plánetos.Týgres týgretos.Tápes tápetos.Tháles tháletos.Hæc
aliqñ mittũt gtm̃ i.u.vt Cháres cháru.Cómes cómu.Dáres dáru.Gýes gýu
Mýces mýcu.Pýdes pýdu.Pýles pýlu.Monoſyllaba q̃q; acutiſona in.etos.
faciũt genitiuum.vt Crés crétos.Gnés gnétos. Thés.etos. .Et acutiſona
pluriũ ſyllabarũ.vt argés argétos.admés admétos.Homithnés homithné
tos.Et noĩa quædã latina,quæ in ſermonem Græcum traducta amittũt.n.
quam rurſus in genitiuo reſumunt.vt Clémes clémentos.Créſces créſ
centos. Prúdes prúdentos. Púdes púdentos.Váles válentos.Compoſita

a cleos, quod eſt gloria, circumflectunt vltimam: mittuntq; gtm̄ in. eos. per
epſilon, vt Agathocles. eos. Sophocles. eos. Pericles, eos. Latini ex hac termi
natione accuſatiuum vtriuſq; numeri vſurpant, Silius. lib. iiij, illum ſidonio
fulgētem ardore tapeta. Papinius. i. theba. altoſq; inferre tapetas. Oui. in epl'is
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetas. Auſonius. Fictilibus fama eſt cœnaſſe
agathoclea regem.

In. æs. diphthongon vnum repit' fœmininum. Dæs. detos. & vnum cō
mune duorum, Pæs. qd' facit pędos.

In. eus. diphthōgon, que ad ſecundam declinationem referuntur, vltimam
ſemper acuunt, mittuntq; genitiuum io. eos, vel. ei, & dtm̄ in, ei. ſolutas. vel
per ſynæreſim cōtractas. accuſatiuum in. ea. vocatiuum i. n, eu, s. nominatiui
ablata. latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpant, vt Pentheus pen-
theos vel penthei. pentheo vel penthi penth ea ô pentheu. Martialis. Flet Phi-
lomena nefas inceſti tereos, & quæ, Virgilius in Bucolicis. Aut vbi mutatos
tereos narrauerit artus. Idem ī eodem. Orphei calliopea lino formoſus apol
lo. Iuuenalis: Alcinoen Bacchi thebas & terea fauſti. Ouidius. vij. metamor-
pho. Vt voluere ambo, voluiſti tu quoq; Tereu ſed, eu. circūflectitur per re
gulam octauam, qd' diphthongus finalis hn̄s ypſilon in fine circumflectit',
ſi tonum accipit. Ver. in. iiij. Geor. Illa quis & me (inquit) miſeram, & te perdi
dit Orpheu.

In. is. omnia reducūtur ad tertiam nominis declinationem latinam, quo-
rum q̄dam acuunt vltimam vt Crepis. Cnemis. Auletris, & omnia fere pa
tronymica. vt Priamis, æneis. Thebais. Quædam acuūt penultimam. vt
Paris. Cratis. Cyphis. Themis. Thetis. Memphis. Quędā acuūt antepenulti
mam. vt Sibaris. thamiris. adonis. theognis. caribdis. Sed in. is. propria maſ-
culina in. dos. faciūt gtm̄, vt adōis adonidos. Paris paridos. Theognis. idos.
Habentia quoq; penultimam lōgā. vt Eunis eunidos. Gymnis. idos. Latris
latridos. Et a polis, qd' eſt ciuitas, cōpoſita maſculina ſola vel communia, vt
Ageſipolis olidos. eupolis. idos. hic & hæc phygopolis phygopolidos. apo-
lis apolidos. Et compoſita a mantis, quod eſt vates, vt coſcinomantis coſcino
mantidos, Promantis promantidos. Et hn̄tia ante. is. vnā conſonantem. vt
Cratis. idos. Sed hn̄tia duas immutabiles, in. thos. faciunt, vt ornis ornithos.
Mermis memithos. Monoſyllaba vero hn̄tia. i. longum additione. o. in. os
faciūt gtm̄ vt Cis. cios. Lis lios. Appellatiua etiam & nō denominatiua, q̄
penultimā hn̄t breuem per. os. purum mittūt gtm̄, vt echis echios. Mantis
mantios. ophis ophios. Et q̄dam propria. vt agis agios. Ageſipolis ageſipo
lios. Anacharſis anacharſios. Buſiris buſirios, Gaozis gaozios. iphis iphios.
Sentis. tios. Sybaris. arios. Thamyris. yrios, Zenis zenios, Quarū aliq̄ p dos.
plærūq; inflectunt. vt agis agidos. Thamyris thamyridos. Ageſipolis ageſi
polidos, Buſiris buſiridos.

In.ys.per ypſilon.q̃dam circunflectūt vltimam,vt ichthŷs,& ex monoſyllabis.mŷs,ſŷs.quędā grauant eandem.vt Th'iphis.Bŏtrys.Nécys.Rhadamanthis.q̃ omnia maſculina ſunt,retinentq; in gtō ypſilon.& faciunt in.os. purū,vt Ichthŷs ichthŷos.Mŷs mŷos.Sŷs ſŷos.T'iphis t'iphios.Bŏtrys bŏtryos.Nécys nécyos.Rhadámāthis,rhadamāthios.Acutiſoa vero.q̃ p triagenera declinā̄t:vertūt in obliqs ypſilō in epſilō,vt Oxŷs.éos.Thachŷs thachéos.Brachŷs brachéos.Ocŷs.eos.,Pathŷs pathéos.Horū neutra in ypſilō deſinentia maſculinorum ſeruant declinationem.Cōpoſita á ſimplicib⁹ in.ys eodem modo inflectunt̃ ſicut ſua ſimplicia.vt Callichthŷs callchthŷos,quoniam ichthŷs ichthŷos.fecit.Tribrachŷs tribrácheos.quoniam Brachŷs brachéos.Sed ſi aliter componantur in ,dos.faciunt gtm̃. vt épelys epélydos. Néelys néelydos.

In,ys.fœminina grauiſona per.os.mittūt gtm̃.vt P'itys p'ityos. Chélys chélyos.Génys gényos.Excipitur. Cómis cómithos.& Córis córithos.Acutiſona vero per.dos.declinantur.vt Chlamŷs chlamŷdos.Pelamŷs pelamŷdos,Crocŷs crocŷdos.Oxytona p̄terea ſiue circumflexa hñtia ſolum in ntō y.longum.& in obliquis breue,per.yos.purum declinantur.vt Erinnŷs erinnŷos.Tethŷs tethŷos.Ophrŷs ophrŷos.Drŷs drŷos.Aglŷs tamen aglŷtos facit.Latini ex hac terminatiōe gtm̃ vſurpant:vt Lucanus in primo.Thethŷos vnda vagę lunaribus æſtuat horis.& Vergilius in Buc,actm̃. quę tentare téthin ratibus.

In,os,p.ω,mega,monoſyllaba acutiſona ſiue hñtia.d.t.th.per.os. purū faciunt gtm̃.vt Dmós dmóos.Trós tróos.Thós thóos. Quę vero nō hñt, in.tos.vt Crós crotós.Phôs photós. Polyſyllaba etiam oxytona.vt Aprós aprótos.Agnós agnótos.Hidrós hidrótos.Et breui penultimantia.vt monóceros monócerotos. Rhinóceros.otós.Gélos gélotos.éros érotos. Quę lōga penultima per.o.purum declinantur.vt Héros héroos.M'inos m'inoos. Excipitur élos élotos per.eta.qm̃ elos erat p epſilō.Attici vero.hélo. m'ino. elo dicunt.s.nominatiui remoto.

In.os.duo ſunt natura circumflexa mittentia genitiuum in.tos. vt Phôs. phótos,& ós ótos.Martialis.ab eo quod eſt rhinoceros. accuſatiuum vſurpauit in diſtichis,geſtauit modo fronte me iuuencus,verum rhinocerota me putabis.

In.us.quæ per.oi.diphthongon á.Græcis ſcribuntur circumflectentia vltimam per ,untos.mittunt genitiuū.vt Placûs placûntos. Simûs ſimûntos. Opûs opûntos.ceraſûs ceraſûntos. Anthemûs anthemûntos.Phycûs.ûntos. Hydrûs hydrûntos.Hiericûs hiericûntos.Trapezûs.ûntos. quæ omnia per ſynæreſin contracta ſunt ab.ois.in.us.vt Opóis opûs.Ceraſóis ceraſûs. Acutiſona in.os.purum mittūt genitiuū.vt Bûs bóos.Nûs nóos.Chrûs chróos. Chûs chóos.Excipitur pus cum ſuis compoſitis,quæ mittunt gtm̃ in.odos.

In.is.polyſyllaba fœminina, non habentia duas terminationes per.dos. faciunt genitiuum, ſiue ſint acutiſona, vt Cnem'is cnem'idos,& priam'is pria m'idos.& huiuſmodi patronymica fœminina. Auletr'is auletr'idos. Coro n'is coron'idos.Crep'is crep'idos.Dor'is dor'idos.Pagaſ'is pagaſ'idos. Strate g'is ſtrategi'dos. Siue circunflexa. vt Bend'is bend'idos. Mol'is mol'idos. Siue barytōa. vt Cypris cypridos.Citharis.idos. Deſpot'is.idos.'eris 'eridos. Mē phis.idos. Menis.idos.Pol'itis pol'itidos. Toxótis toxótidos. Quæ autem ſequuntur per.os.purum declināt ácris ácrios. Aithlybs.bios.Car'ibdis.dios Xóis.ios. C'iſſeris c'iſſerios Dmóis dm'oios, Ep'ictesis epictesios.G'eris ge rios.Hýbris hýbrios.Lachiſis.iſios. Nemeſis nem'esios.Mégyris.rios. Pane gyris panegýrios. Sárdis.dios. Scépsis.ios.Ep'iſcepſis.ios.Sóis.ios. Tham'ia this.dos.& breui Penultimātia. vt Cónis cónios. Spánis ſpánios. Pólis pólios Et ab eo compoſita fœminina ſolum. vt Acrópolis acrópolios. Aduertendū tamen, ꝙ illa, quæ communiter faciunt genitiuum in.dos. more ionico. per os.purū declinari poſſunt. vt Páris páridos vel pários. M'enis m'enidos vel m'enios. Th'etis th'etidos vel th'etios. M'emphis m'emphidos vel m'emphios. Latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpant. Genitiuum vt Iuuenalis. Curritur ad vocem iucundam & carmen amicæ thebáidos. Datiuum, vt Ca tullus. Morte feror Theſei qualem mino'idi luctum. Sabinus in epiſtola De mophontis ad Phill'ida. Phill'idi demophoon patria dimittit ab vrbe quib⁹ in locis quia .i.terminalis breuiatur, accentu Græco in penultima ſunt ꝓferē da. Accuſatiuū quoqꝫ, vt Auſonius, Rex magis an regum mino'ida ſollici tat grex. Vergilius. Phill'ida mitte mihi meus eſt natalis Iola. Papinius in cal ce thebaidos, neqꝫ tu diuinam æne'ida tenta. Vocatiuum quoqꝫ. vt idem in eodem loco. O mihi biſſenos multum laborata per annos theba'i.& Ouidi us in epiſtolis. Prima mihi nutrix æol'i dixit amas. Nominatiuus præterea accuſatiuus & vocatiuus pluralis vſurpantur cum in.es.vel in.as. breues ter minantur. vt Achelo'ides vel achelo'idas. Cadm'eides vel calm'eidas. Bel'ides vel bel'idas.

In.eis.diphthōgon per epſylon & iota.&.ois per.oi.diphthongon quoqꝫ quæ ſunt polyſyllaba vnius generis ſiue trium.in.entos. mittunt genitiuū. vt Sel'eis ſel'eentos. Simóis ſimóentos. Piróis piróentos. Opóis opóentos. Cha r'ieis char'ientos. Tim'eis tim'ientos. Phon'eis phon'ientos. Monoſyllaba vero maſculina per.eis.diphthōgon.per.enos.faciunt genitiuum. vt H'es he nós.Ct'is ctēnos.D'is denós.Et ab eo compoſita. vt Med'is medenós. Vd'is vdenós. Cl'is autem clidós facit.& anth'eris anth'eridos. Latini ex hac termi natione nominatiuum & accuſatiuum frequenter vſurpant. Virgilius.i. æneidos. Vbi tot ſimóis correpta ſub vndis. Idē in.v. Hectoreos ānes xanthum ſimóentaqꝫ teſtor. Ouidius.ij.meta. Interea volucres pyróis.eous. & æthō. Flaccus.v.argonauticon. Et formidātē patrios pyróenta dolores.

vt Puſpodos. Chytrapus chytrapodos. Dipus dipodos. Tripus tripodos. oedipus oedipodos, qđ & oedipu facit attice. declinatẽ etiã apđ poetas oedipodes oedipodu p̃ primã declinationẽ. Excipitẽ quoq; od⁹. ontos, cũ ſuis compoſitis, q̃ omnia exeunt in. ontos. ſicut et ſuum ſimplex. vt Argiodus argiodotos. cynodus. ontos. caliodus. ontos. Latini ex hac terminatione tũ rectos, tũ obliq̃s vſurpare ſolẽt. Ver. x. æñ. Eſt amathus, eſt celſa mihi paphos. Ouid. x. meta. At ſi forte roges foecundam amathûnta metallis. Idem. i. de põto. Cæde puer facta patroclus opunta reliq̃t. Luca. lib. ix. Meritũ phicunta ruinas. Curtius regionem inq̃t eã vſq; ad trapezunta defendere, Luca. in. vij. Et ſubdita ſipus mõtib⁹. Hinc ſipuntos in gtõ & ſipunta i actõ, vnde poſtea ſipontos ſiue ſipuntos ea ciuitas in Apulia dicta eſt.

In. ns. vel. rs. vel. ls. grauiſona ſunt, & per duas conſonãtes, in obliq̃s declinantẽ. vt tyrins. tos. helmins. tos. macars macartos p̃. t. exile. nã hñtia. a. ante duas illas cõſonãtes in. tos. mittũt gtm̃, nõ hñtia, a. i. thos. p̃. th. Itaq; ex hac rõne hals haltos debuit facere. Sed vt ſeruaret daſean nominatiui halos fecit. Ois em̃ vocalis p̃cedẽs liquidã, ſi poſt eam ſeq̃tur. d. vel. t. vel. th. tenuaẽ, & q̃a obliq̃ ſiles ntõ ſpiritus habent: abiectũ eſt. t. & facit halos Papinius in. iiij. thebaide ab eo quod eſt tyrins actm̃ vſurpauit dicens, Suus excit in arma antiquam tyrintha deus.

In. ps. finita, per. p. in obliquis declinantur ſiue ſint monoſyllaba, ſiue polyſyllaba: cõpoſita, ſiue ſimplicia, ſed polyſyllaba penultimã acuunt, monoſyllaba quoq; acuuntur. vt ops opos, thops thpos. cyclops. opos. lælaps, apos. euryops. opos. Excipiũẽ hæc quę loco. p. ſuſcipiunt. b. in gtõ propter harum litterarum affinitatem, vnde & a latinis per. b. quoq; in gtõ conſueuerunt ſcribi. lips libos. nips nibos. phaps phabos. phleps phlebos. araps arabos, chalyps chalybos. chernips. chernybos tharyps. tharybos. Et tria. p̃. ph. cinyps cinyphos. catelyps cateliphos. ſciraps ſciraphos. Sed aduertendum eſt, qđ in ops poliſyllaba p̃. o. micron ſcribunẽ. vt æthiops. opos. merops. opos. cecrops. opos. ænops. opos pelops, opos. Preterq; hydrops. opos. cyclops. opos molops opos. conops conopos. nyctalops nyctalopos. cecrops cecropos. ſcolops lopos. myops myopos canops canopos. & q̃cũq; deducunẽ ab ops opos, quod eſt oculus. vt helicops helicopos, ſicut ecõtrario q̃ ab ops opos quod eſt vox, o. micron habent, vt merops meropos. Latini ex hac terminatione actos vtriuſq; numeri cum nominatiuo plurali frequenter vſurpãt. Horatius primo ſermo. Paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat. Ver. iij æneidos. infandi cyclopes & altis montibus errant. Idem in. ix. æthneos vidit cyclopas vlixes.

In ax quędam accentu acuto in penultima proferunẽ. vt thorax. phæax. anax. philax. corax. quædam circumflectunt penultimam, vt aulax, climax hylax. cyax. ſyax. quæ in obliquis. c. habẽt, vt thorax. cos. phæax. cos. quæ

aliqñ.t.cum.c.accipiunt:vt ánax.cos ánactos. aſtyanax aſtyánacos vel aſtyá
nactos. hippónax hippónacos vł.ctos.aúlax aúlacos.clímax clímacos, Quę
vero á verbis in.zo.deſinẽtib9 deriuãt.g.accipiũt in obliqs:vt ab arpazo(qđ
eſt rapio)hárpax.hárpagos.á crazo,qđ ẽ voco,cécrax cécragos.ab aſphazo
qđ eſt iugulo,apóphax,apóſphagos.ſilr átrax átragos.lálax,agos.Sed diſſyl
laba maſculina natura lõga penultimantia hñt.a.ꝑductam.vt thórax.acos.
phǽax.acos.óeax óeacos.ílax.acos.plútax,acos.Excipiuntur hýlax.acos.&
cýax.acos.Poſitione vero longa penultimãtia corripiunt hárpax. agos. cé-
crax.agos.Néax autem & phénax & córdax.a.producũt:ſed cabax indiffe-
rẽtẽ habet.Suꝑbiſſyllaba breui exiſtẽte penultima.a.ꝑducũt:vt hiérax.acos.
œcophýlax. lacos. Aſphaláx vero,lacos.corripit.Latini ex hac terminatione
freqnter actõs vtriuſqꝫ numeri cũ ntõ plurali vſurpãt.Iuueñ. Viridẽ thóraca
iubebit afferri minimaſqꝫ nuces:& Martia. Accipe belligerę crudum thóraca
mineruę.Ver.vij.æñ.Vmbonũ crateſalit thóracas ahenos. Idẽ.in.ij.Puerũ
aſtyánacta trahebat ad ſoceros.

In.ex.ꝑ.e.longũ acuunt penultimã,ſeruãtqꝫ illd'.e.longũ in obliquis. vt
myrmex myrmécos.nárthex.écos.ſcólex.écos,pélex.écos. tálex.écos. Bǽax
quoqꝫ bǽacos.Hýſplex vero & ab eo compoſitum anthýſplex hýſplegos:&
anthýſplegos faciũt.Hñtia ꝟo.ω.mega in penultima:vertunt.e.longum in
breue:vt alópex alópecos.

In.ix.partim acuunt penultimã.vt Perdix.cílix,tétrix partim circũflectũt
vt Choénix.Phoenix.Suſcipiuntqꝫ.c.in gtõ plærumqꝫ, vt Pérdix.icos.cí-
lix.icos.phoénix.icos.Tétrix vero tétrigos.& máſtyx.ygos.ꝑ.g.facit,& ó-
nyx ónychos.ꝑ.ch.Cõia aũt q̃ á fœmininis fiũt:ſimpliciũ ſeruãt decliatione-
vt hic & hęc callíthrix callíthricos,qa thríx thrícos fecit:homóſtix,homóſti-
cos,qa ſtíx ſticós fecit.In.lix.vero finita.i.correptũ hñt vbiqꝫ:vt Cílix. licos.
hélix.licos.homélix.licos.Latini ex hac terminatione vſurpant actõs cum
ntõ płi.vt cílix cílica cílices cílicas.phoénix phoénica.phoénices phoénicas.

In.yx.ꝑ ypſilõ partim acuũt penłtimã.vt bómbyx.bébryx.ónyx,ſardó
nyx.cóccyx.órtyx. Partim circũflectũt eãdem.vt cẽryx.doẽdix.Maſculina
vero ſimplicia natura longa penultimantia.c.habent in obliquis.vt cérix cé
ricos.óedix.icos.ǽtyx.ycos.thránix.icos.Etiam poſitione longa penultimã
tia,q̃ habent in vltima ſyllaba.b.vel.g.vel.d.vel.pt.vt bómbix.icos.Et pe-
nultimantia in.e.vt érix éricos.Et habentia in penultima.a.ſine.g. vt ádryx
ádrycos.Nam habentia.g.per.g.declinãtur,vt Phárygx pháryggos.lérygx
láryggos,quæ nos per.n.enunciamus,phárynx,& lárynx. Superbiſſyllaba
quoqꝫ penultimantia in.a.g.hñt,vt Tarbáryx tarbárygos.Et penultiman-
tia in.o.non illato.n.vel.g.cóccyx,cóccygos.mórtyx.mórtygos.órtyx ór-
tygos,quod & órtycos fecit apud Philemonem.Item quæ á pheugo & zeu
go componuntur, vt próphyx próphygos. homózyx, homózygos.

Sed hñtia. n.ch. hñt in obliquis: vt ónyx onýchos: ſtónyx ſtonýchos.

In. yx. fœminina multiſyllaba ꝑ.g. declinãtur: niſi alia ratio ꝓhibeat: vt ántigis ãtýgos: põphólyx. ygos. ptérix. ptérigos. Sed monoſyllaba acutiſona plærũq; g. hñt, vt ſtýx ſtýgos. nýx tñ nycós & nyctós facit, & ámpyx ámpycos. Sciẽdũ aũt ꝙ in. yx. ſimplicia hñtia lõga natura vel poſitiõe in ntõ ſolo. y. natura corripiũt, in alijs aũt caſib9 ꝓducũt natura. Cõpoſita autẽ & penultimã tia breui, vbiq; corripiunt.

In. ox. ꝑ. ω. mega rara ſunt, eaq; fere monoſyllaba acutiſona, hñtq; in obliq̃uis. c. vt ptóx ptócos. bóx bócos. Excipitur rox, quod per. g. facit rogós. & cyamatróx cyamatrógos, quia á trogo, qđ eſt voro componiť. g. in obliq̃s accipit.

In. x. hñtia. g. ante. x. quã nos (vt pauloante diximus) quaſi. n. ꝓferimus: ꝑ. g. in obliq̃s declinãť, phárygx ſiue phárynx pháryngos. lárygx ſiue lárynx láryngos. menýgx ſiue menýnx menýngos. ſphýgx ſiue ſphýnx ſphýngos. ſalpýgx ſiue ſalpýnx. pýngos. lýgx vel lýnx lýngos. lýnx vero ꝓ fera lyncós facit. Hñtia tñ aliã cõſonãtẽ ante. x. ꝑ. c. declinãtur. vt ólx olcós. ſárx ſarcós.

## IN PROLATIONE QVARVNdam lr̃arum errare Græcos & Latinos facile poteſt demonſtrari ex definitionibus & principijs quæ ab omnibus Grammaticis tam Græcis quã Latinis, tã antiquis q̃ iunioribus admittuntur.

### ¶ Definitio prima.

Litera, eſt minima pars vocis, hoc eſt indiuidua, q̃ ſcribi põt. Hęc definitio ab omnib9 in cõe tam Gręcis q̃ Latinis recepta eſt. Q đ ſi vera eſt illa Priſciani differẽtia, quã in primo de octo partib9 orõnis volumine ponit, qđ lr̃a eſt figura, q̃ ſcribiť, elemẽtũ vero qđ ꝓnũciať. manifeſtũ eſt hoc in loco nõ definiri lr̃am, ſed elemẽtũ. Sed qa hęc differẽtia nõ obſeruať ab autoribus, ſed nec ab ipſo qdẽ Priſciano eſt obſeruata. accipiam9 interim alterũ ꝓ altero. Eſt igiť in lr̃æ definitiõe poſitũ in loco gñis pars vocis minima, vel potius vox, vt ſit minima differẽtia, idẽ valẽs qđ indiuidua, vt in ꝟbo, dñs. do. eſt minima pars vocis, ſed qa adhuc poteſt diuidi in. d, &. o. vt cõſtituať lr̃æ ſpecies, ſubiũgit loco differẽtiæ indiuidua, qa neq;. d. neq;. o. ãpli9 diuidi pñt, ſaltem in partes diuerſorum generum. Alioqui. o. lõga diuiſibilis eſt in duo tempora, atq; ſcđm illos, q̃ hãc partem ſcrupuloſius inquirunt, in duo tẽpora cũq; dimidio, atq; etiã in tria. Quia vero ſunt q̃dam voces, q̃ ꝓferri quidem

poſſunt,non tñ ſcribi,qa nõ ſunt articulatę,idcirco adiũgit lr̃æ differentiam vltimam/q̃ cõſtituit ſpeciem,dicẽs/q̃ ſcribi poteſt.Nam q̃ nõ poſſunt,inarticulatæ ſunt/cuiuſmodi ſunt interiectiões,puta ridẽtis,vt haha,dolẽtis, vt ah, imperãtis ſilẽtium,vt,ſt.q̃ licet ſcribi cõſueuerũt,nõ ſunt tñ ſcriptiles,vnde & in diffinitiõe interiectiõis adiũgit̃,qđ ſignificat mẽtis affectũ voce incõdita, hoc eſt cõfuſa & indeterminata.

¶ Scđa definitio.

Vocalis,eſt vocis elemẽtum,qđ p̱ ſe & ſine alterius lr̃æ permixtiõe ꝓferri põt,vt.a.e.i.Hæc nãq; differẽtia eſt inter vocales & cõſonãtes,ꝙ vocales puræ & p̱ ſe pñt enũciari,cõſonãtes vero nõ pñt/niſi cũ vocalib9 ꝓferant̃,vnde & illæ vocales dictæ,hę vero cõſonãtes appellatæ, & vocales q̱dem pñt p̱ ſe enũciari,qa epiglottide,hoc eſt lingula ꝓminẽte,nihil obſtat,q̊ min9 vox libere per laryngem erumpat/ſed cõfuſa prius,donec ex oris figura ad certã ſpeciem redigat̃.Sed q̱a oris figuræ innumeræ ſunt,& Vocalium certe numerus indeterminatus erit.

¶ Tertia definitio.

Cõſonãs,eſt elemẽtum,qđ niſi vocali incumbat,p̱ ſe enũciari nõ poteſt, atq;(vt pauloante dixim9)ex eo ſibi nomẽ inditum eſt. Ex quo fit, vt ſine vocali ſyllaba cõſtare nõ poſſit,modo ſit articulata.Nã qđ Verrius lõg9 tradit inueniri ſyllabam ſine vocali,qđ ꝓbat comicorũ autoritate apud q̃s.ſt. vox imperãtis ſilẽtium legit̃,dicendũ ꝙ.ſt.interiectio ꝓculdubio eſt:q̃ voce incõdita proferri debet.

¶ Quarta definitio.

Muta,cõſonãs eſt,q̃ in tali oris parte format̃,vt interclusa voce ſine vocali nullo modo poſſit enũciari,vñ & muta nominatur.Nam qđ grammatici dicũt ideo mutas appellari,qa incipiũt á ſeipſis & deſinũt in vocalẽ,inepta ſane ratio,cũ ſtatim occurrat.f.lr̃a/q̃ incipiat á vocali & deſinat in ſeipſam,& nihilominus inter mutas numeretur.

¶ Quinta definitio.

Semiuocalis,eſt cõſonãs/q̃ in tali parte oris effingit̃,in q̃/& ſi nõ plene vt vocalis,qddã tñ ſubobſcurũ ſonat:vñ & ſemiuocalis appellat̃, & queadmodum de mutis dicebat̃,inepta á grãmaticis affert̃ cauſa/cur ſemiuocales dicãtur,hoc eſt:ꝙ incipiãt á vocali/& deſinãt in ſeipſas. Eſto,ad internoſcendas vtraſq; apđ Latinos ſignum illđ nominib9 lr̃arum ſit accommodatũ: Hebræi tñ & Græci nihil tale obſeruarunt.

¶ Sexta definitio.

Diphthõg9,eſt cõglutinatio duarũ vocaliũ in eadẽ ſyllaba ſuã vim retinẽtiũ.Hęc definitio tã gręcorũ ꝙ latinorũ eſt.Suã vim grãmatiſtę interp̄tãtur ſyllabæ extẽſiõem:ſed iſti nõ intelligũt:qđ vis lr̃æ nihil aliud eſt/ꝙ ipſa ꝓnũciatio.Ex q̊ ſit:vt in diphthõgo vtraq; vocalis ꝓferri debeat.

QVæ græci vocant axiomata. Varro tum profata, tum effata. tũ ꝓloquia. Cicero tũ ꝓnũciata. tũ dialectice, hoc eſt diſputatiõis fundamẽta. Iuniores tũ ꝓpoſitiões primas & immediatas, tũ ꝟbũ ex verbo. Axiomata (vt diximꝰ interꝑtari) dignitates appellãt. Hę, qa ĩdemõſtrabiles ſũt, atq; incõi hoĩm ſenſu cõcipiũt, q̃ſi pricipia in oĩ diſputatiõe ſupponẽda ſunt, vt ſi qs ea nõ admĩſerit, bardꝰ inſenſatuſq; habeat, neq; dignꝰ cum q̃ de vlla re diſceptari debea . Sit igit axioma primum.

Eodẽ modo lr̃as ſcriptiles deſignare voces, q̃ voces ipſe cõceptus ſignificãt. Sit igit primum declinatiõis nr̃æ fundamentũ, in quo plæriq; omnes facile cõſentiunt, lr̃as ea potiſſimum de cauſa fuiſſe excogitatas, vt ꝑ illas q̃ſi ꝑ q̃dam ſigna, tum abſentes viui: tum poſteros morituri certiores facere poſſemus ĳs de rebꝰ, q̃ ad priuatã publicã ve vtilitatẽ ꝑtineret. Nã queadmodũ Ariſtoteles tradit eo modo lr̃æ ꝟba humanis vocibꝰ informata deſignãt. quo verba ipſa res mẽte cõceptas, q̃ ꝑ ea ſignificãt. Qđ ſi non q̃ttuor hæc ex ordine ſibi inuicẽ cõſentirẽt: dico res, cõceptꝰ, voces, lr̃æ interirẽt vtiq; cõmertia & publica fides: q̃ hoĩm ſocietas cõtinet, interirẽt oẽs artes & ſciẽtiæ q̃ vitã humanã cultiorẽ reddũt. Interiret deniq; hic ipſe ſacrarum lr̃arum ſplendor, qbus ad Chriſtianã religionẽ inſtruimur & docemur. Hæc omnia eo ꝑtinẽt: vt oſtendamus illos ingẽtẽ erroribꝰ feneſtrã patefacere: q̃cũq; putãt orthographię rationẽ nõ ſeueriſſime in verborũ ſcriptiõe ſeruandã, aut voces alias poſſe lr̃arũ figuris accõmodari, quã, quæ quum primũ fuerunt inuẽtæ, ꝑ illas rẽpſentari cœperunt: cum omnis diſputãdi ſubtilitas in ꝟba, ſyllabas. litteraſq; q̃ſi in q̃dam elemẽta reſoluãtur. Neq; eñ minus erraueris, ſi aliud legis q̃ ſcriptũ eſt, q̃ ſi aliud loq̃ris q̃ cõcepiſti, qđ eſt mẽdacĳ, & aliud cõcepiſti q̃ ſe res habet, qđ eſt ignorãtiæ.

¶ Axioma ſecundum.

Ita ſcribendũ eſt, vt loqmur, & loqndum, vt ſcribimus. hoc principium ez ſupiori pendet, niſi q̃ deſiderat magis explicari, ꝓpterea qđ ex certis quibuſdã cauſis nõnunq̃ aliud ſcribimꝰ, & aliud enũciamus. Quod ſi hoc admittimus, vt aliud ſcribatur, & aliud enuncietur, fruſtra lr̃æ ſunt inuentæ, cũ ad hoc tãtum lr̃arum figuræ ſunt excogitatæ, vt creditas voces q̃ſi depoſitum quoddã fideliſſime cuſtodiãt, & cũ opꝰ fuerit nulla ex parte decoctũ reddant. Atqui dicet quiſpiã, videmꝰ apđ Hebræos Iod & Vau plærumq; ocioſas, & nomẽ illđ ineffabile tetragrãmaton q̃ttuor lr̃is ſcriptũ, hoc eſt Iod, He, Vau, He, in Adonai voces aduerſas ꝓferri. Vidimus quoq; Græcos ſcribi Gãma literã ſeq̃ntibꝰ Gãma/vel Chi/vel Cappa/vel Xi/& ꝓferri/Ni/vt aggelus/ ꝓ angelꝰ, agchiſes ꝓ anchiſes, agchora ꝓ ãchora, phalagx ꝓ phalanx. Et rurſus poſt. ni. literã ſeq̃nti, tau. ꝓ tau ꝓferri delta. vt ſyndæreſis ꝓ ſyntæreſis, & in diphthongis vocales alteras ſupprimi, & alteras pronunciari: aut vtraſq; in tertiã extraneã proferri, idq; non modo apđ græcos, ſed etiã apud

Latinos

Latinos/apd' quos etiã teſte Seruio grammatico in primo geor. Caiꝰ. Cneiꝰ. Amurca ſcribunt per. c. lr̃am/& pnunciãtur per. g. Gaius. Gneiꝰ. Amurga. Sed cur hoc fiat, ſuis in locis redemꝰ, partim excuſando id fieri q̃dã rõne/partim accuſando/qd' ſit ab ignorãtia pfectum.

## Axioma tertium.

Literas non ex diuerſitate figurarum/ſed ex diuerſitate vocum diſtingui. Hoc axioma tametſi pnotum eſt: ſic tñ deduci poteſt. Q d' ſi Aleph hębraicum, & Alipha punicum, & Alpha græcum, & a. latinum q̃ttuor diuerſis figuris repſentãtur/vnã tñ eãdemq; vocem redunt/hæc duæ poſteriores p ſe/& illæ duæ priores cum ſuis apicibꝰ. Qui præterea nuper ex arte á magiſtro quodã Martino homine per quã ingenioſo excogitata: lr̃arum figuras pro cuiuſq; arbitrio cõſtituas legũt/nõ mltum curãt q̃ lr̃arum ductu verba deſignẽtur/apd' q̃s mille characteres (dummodo idem efficiãt) p vno habentur. In alphabeto quoq; latino, c. k. qd' attinet ad figurã/diuerſæ lr̃æ ſunt/qm̃ vero eadem eſt illarum vox/vnum tm̃ eſſe elemẽtum om̃es fatent'. Econtrario quoq; quia. i. & u. binas hñt poteſtates/quod tum quaſi vocales/tum quaſi conſonantes enunciantur/nemo eſt qui neget illas duplici officio fungi/ vt quamq; figuræ ſunt duæ, quattuor tamen elementa in numero literarũ ſunt computãda.

## Axioma quartum

Conſonãtes æq̃liter vim ſuã in vocales ſequẽtes perferre. hoc axioma facile quoq; per inductiõem probatur. nam. b. lr̃a eãdem vocem exhibet cum. a. quã cum reliquis vocalibꝰ/idq; non ſolum in ſermõe latino/ſed in Græco. Hebraico. Punico. Nã quod aliqui ex Latinis & Græcis alio modo pferũt. c. & g. ſequẽtibus. a. vel. o. vel. u. q̃ ſequẽtibus. e. vel. i. facile cõſutari poſſunt p ea quæ dicta ſunt in ſuperiori axiomate/q quælibet illarum duplicem haberet vim. atq; ex conſequẽti nõ vna ſed duæ lr̃æ eſſent. id qd' de. i. & u. dicebamus. Quintilianus p̃terea diſputãs cõtra illos, qui dicebãt. k. græcum ſcribi debere ſequẽti. a. vocali. alias vero. c, latinum fruſtra dicit id fieri/cum. c. latinum in locum cappa græci ſucceſſerit, & c. lr̃a ſit: quæ ex æquo vim ſuã ad vocales ſequẽtes perferat.

## Axioma quintum.

Ex nouem mutis, q̃s græci hñt, quæq; ad tria gñ̃a reducũtur earum ſcilicet quæ inter labra formãtur: vt. p. b. ph. & earum q̃ inter dẽtes ad mota lingua/vt. t. d. th. & earum q̃ epiglottida. vt, c. g. ch. primas eſſe exiles. vltimas eſſe aſpiratas: medias v'o participare naturã extremarũ: quæ tñ ſunt eiuſdem gñis: nõ differre voce ſed aſpiratione ſola.

## Axioma Sextum.

Literarum, ſiue illæ ſint vocales ſiue cõſonãtes/non eſſe certũ numerũ/ſed determinari ex cuiuſq; idiomatis ratione. Ex quo fit: vt non ſit idem lr̃arum

numerus apd' oēs natiōes. qa q̄libet lingua habet ꝓprias voces. Nā quid phibet cum duarū vocaliū diſtātia ſit in q̄titate cōtinua: inter. a &. u. innumeras eſſe vocales, tametſi nō oēs ſenſu ꝑcipiant, queadmodū & in diapaſon conſonātia octo vocū diſcrimina ſentiunt, cum tñ intra diaſtema illd' infinitas eſſe voces intelligamꝰ, q̄nquidē omne continuū ſine vllo termino ſecari pōt. Eadē q̄q; ratio eſt conſonātium, q̄ ex diuerſa oris figura pñt compluribꝰ modis variari. Sed de his paulo poſt copioſius diſputabitur.

## ❡ERRORES GRAECORVM.

Qvod ſic ꝓferūt. β. ſicut nos latini. u. cōſonātē cum differāt gñe: vt vita ꝓ bita. valliſta ꝓ balliſta.

Qd' alio modo ꝓferūt. γ, ſeq̄ntibꝰ. ε pſilō. η. ι. υ. pſilō. quā ſeq̄ntibꝰ. α. ο. ω. vt ganymedes geriones.

Qd' ꝓferunt. ζ. q̄ſi ſit lr̄a ſimplex cum ſit copoſita ex. ſd. ꝑ q̄s debet enunciari, vt zetus ꝓ ſdetus.

Quod ꝓferunt. η. eodēſomno q̄ iota cū nihil differat ab. ε pſilon niſi tꝑe ſolo, vt lida ꝓ leda.

Qd' alio modo ꝓferunt. κ. ſeq̄ntibꝰ. ε. η. ι. υ. quā ſeq̄ntibꝰ. α. ο. ω. vt carpos, copos. ceras. cer. cirnos. cyclops.

Qd' alio modo ꝓferunt. λ. ſeq̄ntibꝰ. ι. η. υ. & diphthongis q̄ q̄ſi ꝑ iota ꝓnūciantur, quā ſeq̄ntibꝰ alijs vocalibꝰ.

Qd' alio mō ꝓferunt. ν. ſeq̄ntibꝰ. ι. η. υ. & diphthongis q̄ q̄ſi ꝑ iota ꝓnūciāt, quam ſeq̄ntibꝰ alijs vocalibus.

Qd' non recte ꝓferunt. γυ. q̄ſi vnā lr̄am voce inarticulata, cū vtraq; ſuis vocibus enunciari debeat.

Qd' non bene ꝓferunt. σ. q̄ſi ꝑ ſibilum, cum habeat vocē hebraici. ס. aut anſeris ſtrepentis.

Qd' non recte ꝓferunt. τ. q̄ties ſequit̄ poſt. ν. quaſi ꝑ. d. lr̄am, vt ſynderesis ꝓ ſynteresis.

Qd' male ꝓferunt. υ pſilon q̄ſi iota cū ſint lr̄ę diuerſorū generū, vt lira per iota, ꝓ lyra ꝑ υ. pſilon.

Qd' male ꝓferunt. χ. ſeq̄ntibꝰ. ε. η. ι. υ. voce inarticulata, quám ſeq̄ntibus alijs vocalibꝰ, vt charites, cherſos.

Qd' perperam enunciāt diphthongos ꝑ vnam vocalē, cum vtraq; (quāquā raptim) ꝓferri debeat.

Quod non recte ꝓferunt ypſilon q̄ſi. u. conſonātē cū in diphthongis ſubdiſtur, α, vel, ε.

Qd' per omicron & ypſilon non poteſt deſignari. u. vocalis nr̄a, ſed voces q̄ per illas duas lr̄as raptim enunciātur.

Qd' per lr̄as ſuas non poſſunt rep̄ſentare voces; q̄ ſunt latinorū ꝓpriæ. vt f. & i. & u. cum ꝓ conſonātibꝰ accipiūtur.

# ERRORES LATINORVM.

QVod aliter ꝓferũt.c.&.g.e.vel.i.vel.y.ſeqntib⁹, quám ſi ſequant᷑ aliæ vocales, vt pica picæ, ſuga ſugæ.

Q uod non recte ꝓferunt.gn.voce q̃dã in articlata, in quo errore græcos q̄q; verſari diximus.

Q d᷑ male ꝓferunt.t.q̃ſi.c.quoties poſt.t ſequit᷑.i.& poſt.i. alia vocalis.vt prudencia p.c.ꝓ prudentia p.t.

Q d᷑ non recte ꝓferunt.z.q̃ſi lr̃a ſimplex; cum ſit compoſita ex.ſd.melius tñ quám græci per.ſ.

Q uod ita ꝓferunt.phi.græcũ q̃ſi.f.cum ſit (vt dixim⁹) hæc latinorũ ꝓpria, illa vero græcorum.

Q uod non recte ꝓferunt.ch.&.th.aſpiratas, q̃ſi.c.&.t.exiles.vt corus ꝓ chorus, talamus ꝓ thalamus.

## FABIANVS ARTEM PATRIS alloquitur, atq; illa reſpondet alternatim.

F. O ſoror Ars: quoniam noſtris ſuccedere tectis.
Non dedignata es: quærere pauca libet.
Q uid genitor condat iã pridẽ hoc ſcire laboro:
Nam nil deſidia turpius eſſe putat.
A. Mãdat op⁹ chartis ſemꝑ memorabile.linguæ
Q uod canat, vt melius iã ſibi fama parat.
Ocyus vt volitet celeres nunc excutit alas.
Rem tãtam vt mũdi ſpargat in omne latus.
F. Grata refers, o ſi lucis toleraret in auras
Exire; inq; hominum ſcripta venire manus
Vt tamen ipſa vales limen digreſſa paternum.
Nunquid barbaries exagitata fugit?
A. Per loca ꝑ varias peragraui nomine gentes:
Sed ſolum indoctis lis mihi tota ſonat.
Hi mea ſunt qui acuũt contra p̄cepta tumultus.
Et miſera obtundunt ambitione caput.
Nata mihi audieris: quo ſit contentio nugis,
Arcadicos bipedes bella mouere ſcies.
Nam cum ſe indocto ſtudeãt iactare popello,
In me rancidulus ꝓmitur ore ſonus.
Submoueas ſi de lana certare caprina
His: fient hermæ marmora muta dei.
F. Q uid Phœbæa cohors? A. laudat, miratur, amatq;.
Dictitat, & grata voce perenne ſophos.

Iudicio quorum Diomedis pagina, Phocę,
Donati, nullo eſt ātefereda modo.
Muſa negat nomē, reticetq; volumina cuius,
Iamq; neotericum cætera turba ſilet.
At quicunq; meas vires effingere tentat
Impar ingenij, rumpere ſe poterit.
Altius & repetunt Crates Antonius ille:
Non latiæ linguæ commoda tanta parat:
Orbillus cedit, Cato, Iulius, atq; Palæmon.
Vni mi palmā victus & vltro dabit.
Deniq; ab his nimium dicor copioſa breuiſq;.
Atq; freti medias puppe ſecare vias.
F. Q uid caprimulgus agit: qui cātabatur iberis
Nuper, cui nomē facta debere bona.
Q uid mamura loquax? audax taxare beatæ
Diuitias Romæ, cui ſatis aſſis erat.
Q uid rides? calcem quæſitis ponere perge.
A. Rideo. ſic lepido nomine vtrūq; notas.
Ambo habitant cæca tenebroſas nocte cauernas:
Q uod ſua tam citius nænia pulſa perit.
Sola ego qđ teneor: ſequit̃ mea regna diſertus,
Et qui Pieridum tangere ſacra cupit.
Non patitur bubo feralis lampada phœbi,
Noctua ſic lucem nec veniente die.
F. Q uid facit interea liuor fœlicib9 obſtans
Inſidijs, nunquid libera carpis iter?
A. Hæc manet, hæc peſtis regnat, ſempq; vigebit,
Occiduas dum ſol natus adibit aquas.
Nemo tuos mores neſcit iam Zoile: cuius
In benefacta quidem lingua venena vomit.
Nonne ſinas laceros poſt tergum dētib9 atris
Cernis: vt ipſa feram? ſed neq; obeſſe poteſt.
Tu germane tñ iuueni dum tempora reſtant:
Multa rogo diſcas, vbere multa meo.
Vt ſi qñ ſuam rabiem me abſente reiecter:
Tunc ꝓ me poſſis dicere, quæ docui.
Iamq; vale, hinc ab eo nomē dictura parentis?
δηκλέοσ αὐτοῦ εἰσ οὐρανὸν ηλθεμεγα
Nam veterem poſtquā me dudū iuſſit habere
Candorem: mittor non reditura lares.
Iterum vale.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

# AELII ANTONII NEBRISSEN. de literis Hebraicis cum quibuſdam anno tationibus in ſcripturam ſacram.

| | | | |
|---|---|---|---|
| א | אָלֶף | a | aleph |
| ב | בֵּית | b | beth |
| ג | גִּימֶל | g | gimal |
| ד | דָּלֶית | d | daleth |
| ה | הֵא | h | he |
| ו | וָיו | u | vau |
| ז | זַיִן | z | zain |
| ח | חֵית | hh | cheth |
| ט | טֵית | t | teth |
| י | יוֹד | i | iod |
| כ | כַּ | c | caph |
| ך | כַּף | ch | chaph |
| ל | לָמֶד | l | lamed |
| מ ם | מֵם | m | mem mem |
| נ ן | נוּן | n | nun nun |
| ס | סָמֶךְ | ç | çamach |
| ע | עַיִן | h | hain |
| פ | פֵּא | p | pe |
| ף | פֵא | ph | phe |

| | | | |
|---|---|---|---|
| צ | צָדִיק | ç | çaddic |
| ץ | צָדִיק | ç | çadic |
| ק | קוֹף | q | quoph |
| ר | רֵישׁ | r | res |
| שׁ | שִׁין | ſ | ſin |
| ת | תָּיו | th | tau |
| ַ | פַּתַח | a | patha |
| ָ | קָמֵץ | c | camez |
| ֵ | צֵרֵי | e | çere |
| ֶ | סֶגוֹל | e | ſegol |
| ְ | שְׁבָא | e | ſeba |
| ִ | חִירִק | i | hiric |
| ֹ | חוֹלֶם | o | holem |
| ֻ | שֻׁרֶק | u | ſurec |
| וּ | שׁוּרֶק | u | ſurec' |
| ֲ | פַּתָּח חָטֵף | | pathah hateph |
| ֳ | קָמֵץ חָטֵף | | cames hateph |
| ֱ | סֶגוֹל חָטֵף | | ſegol chateph |

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

